

...ma
...ria
...is
...ma




J. O. 1024.

SPECVLVM
AMATORIVM

IN DOLORIFERI AMORIS RO-
ta versantibus lectu iucundum, gratum
auditu, scituq; necessarium.

AVTOR
AMANDVS DI CLARA

Perversi ingenij est, impræme-
ditatè indicare



Magdeburgi excudebat Iohan: Bötcher.
ANNO M. D. C. I.

CANDIDO LECTORI

salutem;

MIRATUS SUM
sæpius, quæ fiat, quod
non solum Comæ-
diæ, quæ speculum
sunt vitæ humanæ, ve-
rùm etiam reliqui poëtæ omnes, qui
itidem hominum mores, nobis de-
pingant, toti ferè sunt in amore de-
scribendo. Quæ enim vel comedia
est, quæ non vel tota in amoribus
versetur, vel etsi aliud propositum
habeat, amores tamen immisceat?
Aut quisnam poëtarum est, qui
non vel omnem, vel magnam operis
sui partem, in amore decantando,
insumat? Verum postquam rem ac-
curratius mecum perpendi, animad-
verti, optimo iure hoc fieri. Cum .n.
poëtis hoc propositum sit, ut homi-
num mores intuendos nobis propo-
nant,

nant, eosdemq; ubi peccant, quantũ
fieri potest corrigant; nihilq; amore
fit frequentius, neq; alius reperiatur
affectus, in quo plus in vita humana
peccatur, rectissimè quoq; crebrius
eiusdem mentionem faciunt. Nam
quotusquisq; est non solum è fece
vulgi, sed etiam è summi subsellij
viris, qui si hoc affectu non peccet,
eo tamen aliquando corripitur.
Perlustremus sacras historias, repe-
riemus Davidem, Samlonem, Salo-
monem pluresq; alios, qui omnibus
sunt notissimi, quosq; hinc recensere
locus non est, in amoris castris mili-
tasse: Si profanas historias evolva-
mus, idem multò frequentius repe-
riemus, & forsitan non centurias, sed
myriades amatorum contexere pos-
semus. Neq; hæc solùm olim fue-
runt, eadem omnibus seculis no-
strisq; etiam temporibus, mutatis
perso-

personis, agitur fabula. Nō verò tantummodo ij, quos iam indigitavimus, amarunt; sed & in præsentissima pericula & damna ab amore coniectj sunt, aliosq; in idem exitum præcipitarunt. An non ex amore infano David & Adulter & homicida factus est? An non Solomon Idolatra? An non Samson oculos amisit.

Si Ethnicorum scripta perlegantur proh quot miserabilium & tristissimorum casuum amor, invenitur causa. Pyramus oblitus honesti nominis famæq; melioris, qualia svasu amoris non tentat: Thisbe è contrario, quibus reciproco Pyrami amore pro animi voto fruiscej possit, æqua & iniqua perferre non recusat, amborum autem amor tragicum & doloriferum consecutus est exitum; Quot præterea lermæ

malorum ex amore ortæ sunt? Ob
unius Helenæ & Paridis insanum
amorem florentissimum Troiæ re-
gnum eversum est, magnaq; in eo
bello humani generis pars perijt.
Et certe memorabile est illud de
Græcis, qui, dum pœnas, de Paride
illicito modo amante, sumere volunt,
ipsimet non minus eadem in re peccant,
Achilles enim & Agamemnon
ob Hippodomiam hostilibus, ut
Diætijs Cretensis annotavit, dissi-
dent odijs, parumq; abfuit, quin
ex eorum discordia, toti exercituj
græcorum, maximum fuisset crea-
tum periculum, quod etsi Vlyssis
aliorumq; prudentia fuerit aversum,
tandē tamē amor Achilli fatalis fuit.
Cum enim Polyxenæ amore correptus
esset, eiusq; causa nimis in tem-
plum Apollinis se conferret, ex infi-
dijs à Paride interemitur. Quæ in-
super

super bella & damna regum non
nullorum incesti infaniqu: amores
introduxerunt, dies me, si iam re-
censere velim, deficeret, fatisq;
tragicæ illæ calamitates & in histo-
rijs annotatæ, & in Tragedijs nobis
ob oculos positæ, idiplum testan-
tur, similibusq; casibus recensendis
historici omnes, poëtæq; fere omnes
occupantur. Cum autem, si rem
accurratius pensitemus, omnia hæc
mala inde ortum suum traxisse vi-
deantur, quod pleriq; amoris na-
turam ignorarunt, eiq; modum &
metam statuere nesciverunt, & furo-
ri potius cuidam quàm amori vero
se tradiderunt: non pessime factu-
rum me arbitratus sum, si diem unum
atq; alterum ijs, quæ ex Philosopho-
rum & Poëtarum scriptis de amore
mihi succurrebant colligendis, tri-
buerem, & quæ sit natura amoris,

quæq; eius causæ, explicarem, & quo-
usq; demum sit licitus (non enim
omnis damnandus & ex hominum
consortio relegandus) quæq; ei sit
meta præfigenda, docerem, atq; hoc
modo si non alijs prodessem, mihi
tamen vel ipsi, si quod tale accidat,
contra eius impetum remedium pa-
rarem. Quod postquam effectum
dedi, animadverti, dies hos paucu-
los me non omnino malè collocasse;
Imò optandum esse video, ut hoc
qualecunq; scriptum plures legant:
Sic enim plurimos & multa pericula
præcavere, & si forsan in ea coniecti-
iam sunt, ex iisdem evadere posse
arbitror. Qua de causa etiam ad-
ductus fui, ut hunc librum publici
iuris facerem. Non enim quis arbi-
tratur me scribendi aliquo desiderio
incitatum, famæq; alicuius cupi-
dum, hoc, quicquid est, tentasse,
sed

sed persuasum sibi habeat, me mul-
torum, qui quasi in carnificina in
amoris rota torquentur, miseris
permotum, hoc aggressum esse, dum
amore nihil frequentius in mundo
esse apparet, adeò ut non sine causa
Æneam Sylvium alicubi dixisse cre-
dam: Neminem 30 annum ætatis
attingere, qui non insigne aliquid
amoris causa tentet; Quod si quis
nimis audaciter & temerè dictum
putat, cum rogatum velim, ut sei-
psum paulò diligentius examinet, &
postea non me, sed seipsum certio-
rem faciat, num aliquid temere hac
de re Aneas Sylvius affirmarit.
Quapropter omnes etiam, qui in
hunc tractatum inciderint, ex ani-
mo benevolo rogatos volo, ut alio
fine eum non legant, quàm ut sibi
inde, contra insanj amoris pertur-
bationes, remedium quærant, alio-

A S

rumve

rumve exemplo cautius mercari discant. Venerosum amabile atq; omni favore dignum ingenium de hoc speculo nostro æquissimum iudicium feret. Valet.

PRÆFACIUNCULA.



VT CORPVS NOSTRVM
quotidie multi morbi invadunt, vitiant & debilitant: Sic non pauciores animi reperiuntur morbi, perturbationes Philosophis dicti, nobis adeò familiares, omniq; ætati & sexui communes, ut non secus, ac nobis, nascentibus statim attributi, vitæ nostræ gubernatores, & rectores esse videantur. Quemadmodum autem, in profligandis corporis malis, satis sumus solliciti: Ita nostrum est, longè maiorem in perturbationibus, quæ longè graviores molestias, quàm corporis mala & cruciatus menti inferunt, occurrendis, adhibere diligentiam. Cum verò teste Platone in convivio; Amor omnium
nium

nium perturbationum sit vehementissi-
ma, & magnus quidem, ut ait, Damon,
de eo aliquid dicendum proposui Pri-
moq; agam de eius essentia, 2. Differen-
tia, item origine, signis & modo quo tol-
li, si rationis *συνμετρίας* excedat, possit.
Sic quidem & Plato, Plotinus, Hesiodus
de eo scripserunt, & Cadmus Misensius
teste Suida de hoc libros composuisse 14
feratur, gravissima enim & periculosissi-
ma circa hoc perturbationum genus,
committi errata, viderunt. Et si autem
in describendo & curando amore immo-
derato illud Beraoldi.

Omnia iam novi, docuit Stratagemata & astus
Sævus amor, non sum Tyro, sed emeritus.
Me lacrymæ & longi doctum fecere labores,
Perpetua anxietas, excubiæq; graves.

Illudq; Ovidij. Vati parete pereto,
de me (de quo mihi & gaudeo & gratu-
lor, alijsq; eandem imperitiam opto)
viurpare non possum: Tamen quæ ex a-
liorum exemplis discere, & philosopho-
rum & poëtarum scriptis indagare & co-
gnoscere potui, proferam, semperq; au-
thorum

thorum hac in re probatissimorum testi-
monia adducam loeupletissima metho-
doq; medicis, in morbis corpo-
ris tractandis, usitata pro-
grediar.

CAPVT I.

De Natura & essentia amoris.

N Eminem autē fore præsentem
arbitror, moturum hanc quæ-
stionem, *An sit Amor?* & qui hoc fa-
cit, is nodum in scirpo quærit, sic qui-
dem tam sacra dicta quàm profana
exempla, amorem in mundo obser-
uari, in hominum corda sese occulta-
re, vitam omnesq; ipsorum actiones
regere, gubernare, & iam hilariores
iam tristiores efficere abundè testan-
tur. *Mantuanus Eclo. 7.*

Error

Error enim communis amor juvenilibus annis

Res est fortis amor, violentia ferrior iuit.

Etsi autem propositum fuerat præcipue de amore agere, qui $\sigma\upsilon\mu\mu\epsilon\tau\epsilon\lambda\epsilon\sigma$ id est, limites excedit: Tamen cum extrema è medio & contra optime cognoscantur, vniuersi amoris naturam & præcipue masculorum erga feminas declarabo, ita tamen vt is, qui virorum inter se, hinc optime cognosci possit.

Amor grecis $\epsilon\gamma\omega\sigma$ sive $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\tau\omicron\sigma$ ab inspiciendo, sive ut Platoni placet $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\tau\omicron\sigma$ ab influendo, quod per oculos influat dictus, quid verò sit, non eadem omnibus intentio.

Nam primo plurimi vt Valesius contro: lib: 3 cap: 14 amorem per desiderum definiuit: atq; hi quidem de amore sic sentiunt: Amorem esse appetitum quendam rei, quæ amatur. Cum verò appetitus duplex sit ratio
nalis

nalis & irrationalis, duplex erit etiam amoris species, uterque sane à contemplatione incipit, quando omnis rei appetentia ex cognitione eius sub specie aliqua potentiam appetentem alliciendi vim habente oritur. Species verò hæc in amore est pulchrum, id est, gratia quædam, quæ rebus inest, visum, auditum, mentemque delectans, quod cum imaginatio apprehendit, movetur potentia appetendi ad fruendum illo, unumque cum eo fieri desiderat. Hæc opinio etsi non omnino rejiciatur à Scaligero Exer: 301, tamen in eo ab ipso improbat, quod amor per appetitum definiatur: Non enim inquit amor est appetitus aut desiderium, sed appetitus accidit amori, impingitur enim ab illa specie solum, quando caremus re amata; verum illa re quando potiti sumus, non manet appetitus, non igitur etiam manet amor

mor e

amor? manet profectò atq; aliquanto
fervidior priore, nempe in cælesti pa-
tria, cum summo fruemur bono, longè
erit excellentior amor ille præsentis
Dei, quam nunc & in hac præsentia.
Est igitur amor affectus quo cum re
amata, aut unimur aut perpetuam
unionem, hæc Scaliger. Fracastorius
l. de symp & antip: c. 17 amorem de-
finivit affectû ex gaudio profectum,
quem similiter reprehendit scaliger
Exer. 317 sect 2. quia non ex omni
gaudio amor, neq; ex omni amore gau-
dium, sed acquiescentia sæpe, qua
modestè ferimus convenientis rei con-
iunctionem. Imò amor potest quoq;
sæpe esse cum tristitia varijs de causis
de quibus dicetur cap 3.

Cicero 4 Trisc: Amor inquit,
est conatus amicitie faciendæ ex
pulchritudinis specie, sed omissis alio-
rum opinionibus mihi quidem amor

de
fini

definiendus videtur, quod sit Appetentia unionis cum re amata, à specie pulchri ortum trahens. Hæc definitio omne genus causæ complectitur, & à demonstratione tamen situ terminorum differt. Et quidem in definiendo amore utrumq; & Scaligerum & Valesium amplector & non amplector. In eo enim rectè sentire videtur Scalig: quod amorem affectum unionis definiuit, rectèq; Valesium reprehendere, quod amorem per desiderium definiuit, si pro rei omnino absentis appetitione desiderium acceperit, amamus enim etiam rem, quæ in nostra potestate est, & is quidem syncerior est amor: Verùm in eo mihi non omnino videtur approbandus, quod appetitionem planè à natura amoris removeat, etiamsi enim appetentia eatenus amori non semper adest, quatenus pulchrum illud absens desiderat: Tamen

men unionem quatenus cum re amata
sive presente sive absente spectat,
omnino de amoris est essentia. Cum
enim impossibile sit ex duobus indivi-
duis unquam unum perfecte fieri,
atque amantes summam coniunctionem
desiderent, hoc desiderium nunquam
potest esse perfectum, ideoque amor ul-
teriore unionem semper appetit:
Et hæc si fuit sententia Valesij, non
rectè à Scaligero reprehenditur.
Hanc sententiam approbasse videtur
Plato, dum patrem amoris statuit
porum, id est, copiam, matrem verò
ενείαυ, id est, inopiam, nam & copia
& inopia in amore est: Copia pul-
chrum illud, quod appetitur, allicit,
inopia carentiam illius nobis offert,
unde desiderium tum absentis, tum
unionis cum presente oritur.

Idem confirmat Aristoteles 9.

B

Ethico.

Ethicorum ad Nicoma: cap. 5.
μη γὰρ ἰνὸν πρὸς αὐτὴν ἢ ἰδέα οὐθεὶς ἔρα·
ὁ δὲ χαίρων ἴσως εἶδει οὐδὲρ μᾶλλον ἔρα, ἀλλ'
ἔταρ καὶ ἅπαντα ποδὴ καὶ τῆς παρρησίας ἐν
αὐτοῖς, id est, Nemo enim amore ca-
pitur, qui non antea fuerit forma
specieque delectatus, nec tamen is qui
specie delectatur continuo amat: sed
eam absentem desiderat & præsen-
tem concupiscit.

Ex his patet causam efficientem
esse speciem pulchri, ut ex loco Aristoteli-
telis iam citato manifestò est. For-
mam esse ipsam unionis cum re ama-
ta appetentiam. Finis cum re amata
coniunctio, quæ cum non nisi inter
æquales esse possit, sequitur, verum
amorem non nisi inter æquales sive
pares contrahi posse, Picolo: in Mo-
ral: gr: 7. cap. 4. de fine sic loquitur.
Finis amoris est multiplex, unus pro-
ximus,

ximus, & est ut redametur, alter
posterior & est unio. 3. & ultimus
est id bonum, quod in nos ex ea unio-
ne redundat. Si praeterea alia ab au-
thoribus & poetis amori attribuun-
tur genera, sunt impropria, sumun-
turq; illa vel a causis, effectis, vel ac-
cidentibus amoris.

Ut amor est spes dubiae mentis, a-
mabile odium, amor est plurimarum
aerumnarum dulcedo, amica vanitas,
Bap: Martuanus nominat amorem,
triste animi bonum, & dulce vene-
num. Lotichius blandiens venenum,
Iulius Scalig: inquit, amor est dulcis
sevitias, sanitas languore plena, pe-
riculum suave & tutum, triste gau-
dium, amara dulcedo, Horatio a-
mor dicitur grata protervitas. Esse
amorem sufficienter probavimus, ve-
rum hoc in dubio & deliberatione re-

B 2 sidet,

fidet, an nimirum utriusque sexus homines amore capiantur, ipsiusque suavitatem degustare necessario oporteat. Haec quaestio videtur mihi satis nodosa & tam affirmanti quam neganti haud facilis probatu. Ego verò asseverantis partes tuebor, & contrarianti in hoc quaestionis genere contrariabor.

Primò itaque cum Aenea Sylvio firmiter statuo, neminem, partibus sui corporis perfectè absolutum existentem, ad 30. pervenire posse annum, qui non senserit ignes sive stimulos amoris, qui non naturali desiderio, amice confabulandi, blandè & spaviter cum puellis iocandi, laboraverit, cui non amor ipse miras amorem adipiscendi occasiones monstraverit. Unde proverbium semel insani vimus omnes. Palingenius.

Nempe

Nempe amor est dulcis: Nempe est res blanda,
iocoq;

Plena & delitijs ni fato fiat amarus

Cuius qui nunquam est expertus tela vocari
Iure potest sensus expertus: l. 4. Gregor.

Omne adeò genus in terris hominũq; ferarũq;
Et genus æquoreũ, pecudes pictæq; volucres
In furias ignemq; ruunt, amor omnibus idẽ.

Vidi ego q̄ Iuvenis teneros sprevisset amores, Ovid.
Post veneris vinclis subdere colla senem.

*Quapropter Venerem derivari
volunt inde, quod ad omnes veniat.
Phædera Hypp. Epist. 4. Heroid.
Venit amor gravius quo serius, Co-
mædia studentes, A. 3. s. 4. Aedepol
nunc primum sentio, nunc misera in-
telligo, quid possit amor, quem tamen
execrata sum indignissimè, omnesq;
puellas tanquam non sanæ mentis
compotes, quæ capi se amore perpeffe
sint, valde turpiter: Nam amor ut
sequentes ducit, sic reluctantes tra-
hit. Quid in Eunucho A. 4. s. 3. My-*

sis ancilla de Eunuchis testatur, inquit enim, at pol ego amatores audieram esse mulierum maximos, sed nihil posse. Insuper naturæ instinctu amor excitatur, unionemq̄ cum re amata svadet, amor igitur non patitur sibi præscribi leges: Si itaq̄ amor non patietur sibi præscribi leges, quis negare poterit amore singulis non capi. Virginem nobili familia oriundam, fertur, parenti suo aliquando respondisse, qui eam, honesto modo & naturali desiderio adolescentem quendam redamantem, ab amore aliquoties dehortabatur. O mi dilectæ parens, Magnatum, consulum, & ad rerum gubernacula sedentium quidem est, subditis præscribere leges, & eiusmodi, iuxta quæ nolentes & volentes vivere cogantur, tradere mandata: Verùm naturæ hac & in
alia

alia parte præscribere leges nulli, possibile est, quiq; hoc tentat, arenoso littori semina mandat.

De Italis narratur ipsos ad 20. interdum annum & ultra præterea nihil agere, quàm collegium amoris & deliciarum frequentare, & in his se noctesq; diesq; oblectare: Postquam autem satis superq; amoris delicijs dederunt operam, turpiterq; simul à fœminis sint decepti, tandem perhibent eos desistere à studio sectandi amores desipere, studijsq; suis graviter incumbere, & evadere in viros egregiè & undiquaq; doctos. Ideo optimè sonat dictum Terentij in Adelphis: ad omnia alia ætate sapimus rectius. Et in Andria dum licitum est ei, dumq; ætas tulit, amavit, tum id clam, cavet ne unquam infamæ ea res sibi esset, ut virum fortem

Publij
Mimi die
Actum: A
mare iu-
veni fru-
Aus est
crimen
seni.

B 4 decet.

debet. Ciceronem pro M. Celio con-
sule, quid ipse iuvenili ætati hac in
parte concedat.

Ideò concludimus, neminem,
inter utriusque sexus homines, æta-
tem tamen amori aptam habentes
reperiri, qui non vel iam emeritus a-
moris miles existat, vel adhuc in Ve-
neris castris miles deprehendatur: o-
portet enim nos omnes affines esse
earum rerum, quas secum fert ados-
lescentia, inter quas non postre-
mum amor locum sibi
vendicat.

CAPVT II.

De causis specialibus &
divisione.

A Moris si qui sunt gradus seu dif-
ferentiæ, eæ, præcipue à causa
efficien-

efficiente petuntur. Nam cum hæc
species pulchri (Scaligero ita distin-
guente) aut vera sit , aut falsa , to-
tuplex erit etiam amor. Verus qui-
dem, qui cum re amata uniri cupit ,
propter veram pulchri speciem: Fal-
sus qui propter falsam. Verum cum
pulchritudo sit gratiosum seu gratia
quædam, alliciens nos per visum, au-
ditum vel rationem (vnde tres gra-
tia esse dicuntur) duplex erit pul-
chrum animi & corporis. Ex quo
facile patet, qui nam sit verior amor,
si in genere de amore loquamur, ni-
mirum qui sit propter honestam men-
tis pulchritudinem, hic firmior est &
stabilior, ideo etiam magis lau-
datur.

Falsus autem & minimè durabilis,
est amor propter formam solam &
corporis pulchritudinem contractus,

B 5

dura.

Marfilius
Ficinus
in Plotin.
lib. 6. En-
neade 1.

durabilisq; ideo esse non potest, quia
huius amoris causa fuit forma sola
corporis, cuius aestus amoris ubi de-
ferbuit, mutatur in odium, iram,
tristitiam, & miserabilem interdum
nanciscitur exitum, ut exemplo no-
bis sunt Iason & Medea, Paris,
Helena.

Sic Aeneas Sylvius clarè demon-
strat, amorem, propter animi pul-
chrum non exortum, plus semper a-
maritudinis, fellis, animiq; mœroris
in se continere quàm mellis, gaudij &
deliciarum. Sed cum præsens insti-
tutum sit, agere de amore præcipuè
virorum & feminarum inter se,
eius gradus iam recensero. Amor ut
modo dictum unionem appetit, pro-
pter pulchri speciem, quæ cum du-
plex sit, ille longè firmissimus & ve-
rissimus erit, qui ab utraque pulchri
specie

specie excitatur & quidem hoc modo.

Conspecta illa pulchritudine foeminae, si ve quae oculis, si ve quae auribus percipitur vir eam appetit, quemadmodum ex relatu aliorum, Paris adamare incipit Helenam, non oculis conspectam, ut fatetur scribens ad eam haec verba.

Quid facies praesens quae nondum visa placebas
Ardebam quavis hinc procul ignis erat.

Ne vero, propter pulchrum externum, sua natura mutabile, amanti dolores perpeti opus sit, attentè considerare incipit, an etiam honestis moribus & virtutibus res amata, ornata existat, quibus exactè examinatis & perspectis, illam ut sibi similem approbat, benevolentiaq; mutua prosequitur & hinc cum ea conjunctionem appetit, quod cum fieri non

non possit, nisi ab illa rursus etiam
ametur, benevolis & honestis actio-
nibus nititur efficere, ut illa hanc
erga se benevolentiam sentiat, mo-
resq; sibi similes cognoscat & contra
etiam amet. Hac ratione mutuus
oritur amor, qui crebris actionibus,
suavis colloquijs, diuturna conuer-
satione confirmatus, tandem in ami-
citiâ transit, postea accedit omnium
arcanorum, sub corde latentium, ab
utroq; amante, firmiorem & stabilio-
rem efficiens amicitiam communica-
tio, atq; ita à pulchri cognitione ad
benevolentiam, à benevolentia ad a-
morem, ab amore ad amicitiam fit
progressio, & hac amicitia produ-
cta, maior & dulcior in hac vita non
habetur, hæc enim est omnium suavis-
sima cordis recreatio, hæc sola miris-
sime recreat, reficitq; omnes corporis
sensus,

sensus, & in ys novum genus letitiæ
excitat, & de hoc amore verè illa
vsurpari possunt, quæ quidem sæpe
non tamen verè ignarum amantium
vulgus, tam apud Italos, quàm La-
tinos, nec nō Germanos in suis cantio-
nibus vsurpat, qualia sunt dulcia eiu-
smodi verba.

Cuor mio, va, e stami allegro che se 'l
corpo della tua Aurora non ti seque,
la anima, (suo

Che teco di continuo riposa, come nel
proprio & amato nido ti sarà sempre
appresso invisibil mente.

Item Bramo, vita mia, che o pre-
sente o absente, giorno e notte mi a-
miate mi desideriate, & col pensiero
abbraziate: che non sentiate alcuna
soavita, o dolcezza, al corpo ne al a-
nima, se non infusa dall amor mio,
per virtu dall' quale voglio, che cre-
diate

diate che lo spirito mio, sia quello, che
Vi porga ogni, contento e piacere, e
che dormendo Vi sogniate di me, e
mi aspettiate che di me pensiate, e
che in altro huomo non speriate,
che in me solo; Et ultima mente che
siate, il cuor mio, per che io sono il
Vostro.

Item dolcissimo mio, unico e
vero sostegno di questa vita, anima
mia, cuor mio dolce mio sangue,
speranza mia, spirito dell cuor
mio, riposa dell anima mia, tesoro
mio.

Qualia etiam extant in Cantico
Salomonis: Cum enim summu[m]
Christus erga suam Ecclesiam amo-
re[m] introducere vellet, alium invenire
amorem non potuit, quam qui est in-
ter veros amantes. Et huius quidem
amoris efficientes cause sunt duae illae
Species

Species pulchri animi & corporis, hinc
necesse est, ut insit similitudo honesto-
rum morum, amorem mutuum &
reciprocum concilians. Hinc pul-
cherrimè Themistius in oratione 6.
fugit Themim Deam ad Venerem
hæc locutam esse: Amor, ô Venus so-
lus fortasse nasci potest, at solus ut
crescat, fieri non potest: Quare si a-
morem vis adolescere Anterotan, id
est, mutuum vel respondentem a-
manti, te procreare & parere oportet.
Erit autem hæc utriusque fra-
tris natura, ut alter alterius sit
causa: Intuentes enim seipsos pa-
riter atque equaliter crescent, &
quicquid de uno diminutum fuerit,
id de altero detrahatur. Hunc etiam
in sensum Itali dicunt. Niuna altraco-
sa puo tanto in amore, quanto istesso a-
more: perche amore sis atolla de amore:

Come

Come fanno le capre di fiori de herbe
e di frondi. Et: Non gl' ori, non le
vesti, non i rosci liscie gl' ornamenti
sono quei condimenti che le femine
fanno parere agl' huomini gustose è
belle: ma il vero amore, le vere paro-
le, e le non finte lagrime.

Probitatem etiam requiri Plato
in Lyside verum inquit mihi videtur
bonos dicere invicem esse similes & a-
micos: Improbos autem nunquam vel
sibi ipsis vel invicem sibi similes esse,
sed stolidos penè & instabiles. Et Se-
neca: solus sapiens scit amare, solus
sapiens est amicus.

Porro qui sic amant, & secun-
dum corpus & secundum animam v-
num fieri cupiunt, quemadmodum te-
statur exemplum Arthemisiae, Maus-
soli Regis vxoris, apud Valerium
Maximum, quæ propter singularem
erga

erga maritum amorem, nil magis in
votis habuit, quam ut cum mortuo
etiam rege membratim uniri posset,
quapropter mortuo Mausolo marito,
eius corpus in cineres redactum po-
tioni aspersit, & exhausit.

Præcipue autem animæ ratione
unum fieri cupiunt amantes, quod
cum perfecte fieri non potest, cum
primis animæ potentias, inter quas
voluntas inter se componunt, unde
idem velle & idem velle de hysdem co-
gitare: Atq; hinc adagium: Amicus
alter ego. Si verò nec hac coniun-
ctione sunt contenti, etiam corpore u-
num fieri cupiunt, & quia nec hoc
perfecte fieri potest, mutuo complexu
mistis seminibus è corporibus duobus,
quasi unum faciunt, vel in semini-
bus, quæ secundum nonnullos à toto
secedunt, vel in prole quod rectius

C videtur

videtur, & cuius gratia semina com-
mifcentur, proles enim è semine &
fanguine parentum proveniens, ut-
riusq; fimilitudo est, vnde etiam us-
terq; parens eam vt seipsum ardentif-
simè amat, & talis animorum con-
iunctio perficitur inter coniuges, que
summus amicitie gradus, vltra
quem nulla firmior amicitia datur,
hicque amor honesti coniugij funda-
mentum & vinculum est, & de hoc
amore huc referenda sunt verba Pon-
tani: *Dalcis inquit*

Blanditijs amor est & succo mollior omni
Melle quoq; est dulci dulcior & melior.

Huic amori succedit ille, qui fit
propter solum animi pulchrum, &
fermè nihil à priori discrepat, corpo-
ris enim pulchritudo tanta non est,
ut, si absit propterea animi pulchri-
tudo, contemni debeat & hinc apud
Ovid.

Ovid. scribens Phaoni proco suo, Sappho
poëtria ait.

Si mihi difficilis formam natura negavit
Ingenio formæ damna rependo meæ.

Longius verò à sincero amore
recedit ille, qui oritur à solo corporis
pulchro, ut dubitem an enter veri vel
falsi amoris species referri debeat,
& profectò cum tam sæpè à vero di-
screpet, gravissima mala invehat,
eum ad falsi amoris species referre
malo, & Seneca inquit. Amor formæ
est rationis obliuio & insanie proxi-
mus, fœdum, minimeq; conueniens
animæ sospiti vitium, turbat consilia,
altos & generosos Spiritus frangit,
à magnis cogitationibus ad humili-
mas detrahit.

Est verò falsus amor duplex, vel
qui quod verè pulchrum non est, pro
vero & sincero pulchro habet, vel

Et 2

etiam

etiam, quod per se malum est, pro
pulchro aestimat & agnoscit. Ad prio-
rem mea quidem sententia referen-
dus est is, de quo iam dixi, qui nasci-
tur propter solum corporis pulchrum,
absq; pulchro animi. Hæc enim pul-
chritudo, si virtutibus animi careat,
vera pulchritudo dicenda non est, sed
quid non possunt corporis illecebræ?
Hic amor à duobus sensibus prioribus
oritur, visu & auditu. Namque
tactum, gustum, olfactum delectant,
voluptuosa, quædam potius accidentia
quàm pulchra, pulchrumve quod vi-
sum delectat, in varijs corporis mem-
bris reperitur, ut testatur carmen
Fol. 189 Angeriani Poëtæ; in facie tamen ex-
istit præcipuè & in oculis, qua ratione
nulli fœminæ modo non exoletæ &
monstruosæ pulchritudinem denegan-
dam putamus, legatur incundissimum
& pul-

Et pulcherrimum Anacreontis senis
 illius amatoris de mulieribus carmen,
 quod Henricus Stephanus ita red-
 didit.

φύσις κέρατα ταύρης ὄπλα δ' ἔδωκεν ἵπποις πῶδ' ἰκίη λαγωῖς λέουσι χάσμα ὀδόντων τοῖς ἰχθύσι τὸ νηκτὸν τοῖς ὀρνέοις πένταξι τοῖς ἀνδράσι φρόνημα γυναξίν οὐκ ἔτ' εἶχε τί οὐ δίδωσι καὶ ἄλλ'	Natura cornua Tauris calce ferire equis Lepori valere cursu natura dat leoni dentes pisces docet natare aves docet volare prudentiam viris dat at foeminis nequit quid igitur donat illis? decoram habere formam pro parmulisq; cunctis pro parmulisq; cunctis quin flamma cedat illi ferrumque si qua pulchra.	hiante (11) Au
---	--	-------------------

Pulchritudo autem illa, ob quam
 amor nascitur, varijs nominibus, proo-
 pter varios effectus, appellatur. Bre-
 vis tyrannis, blanda deceptio, ebur-
 neum detrimentum, regnum sollicitu-
 tum, flos facile cadens, amica inimi-
 citia.

citia, constans discordia, splendor
fugax, dulcis sensuum laqueus.

A. 1. f. 2. Haec succedit illud pulchrum,
quod auditum delectat, magnamque
in amore conciliando vim habet, ut
sunt cantilenæ amatoria, suspiria,
aliaque plurima, quibus amantibus
nihil gratius et acceptius accidere
potest. Unde Iohannes Baptista Cal-
deri in Æthiopissa. O quanto possono
le parole, e i precchi, de una bella don-
na, quanto hanno forza, e potenza,
quando sono espresse col volto, e col
moto dello corpo convenientemente.
Ex quo apparet, si utriusque sensus pul-
chrum concurrat, maiorem excitari
amorem, quo omnes fœminarum
blanditiæ pertinent, quas idem in Æ-
thiopissa egregiè sic describit: Ella si
sedette appresso di me, mi stengeva
la mano con le Sue, fisceva gl' occhi
suoi

suoi nei mei, e alle volte m' accennava,
va, invitando a far l' amore: Poi sonò
e cantò nel lento, alcune amarose
canzoni, e cio facendo, sospirava reit-
terando spesse volte nel canto, oime,
oime, che io moro, oime: Et in questo
andava con arte scopendo il delica-
tissimo petto, e la leggiadra, gamba
vera esca e vera fiamma de libidine.
Vnde ille subiungit: Chi potrebbe du-
rare longamente, agli atti, a i vezzi
a cosi dolci parole, Et a cosi lasciui in-
viti, de vna si bella donna. Et paulo
post: Non è si duro Et ostinato il cuo-
re dell' huomo, chi non le carezze d'
una bella donna, non si peghi final-
mente a suoi desiderii. Ex dictis an-
tem patet, etiamsi amor hominis cor
etiam per reliquos sensus intret, per
oculos tamen præcipuè ingredi, ocu-
losq; fores quasi amoris esse, quod etiam

iam annotavit Musæus, qui ita scribit:

ὄφθαλμὸς δ' ὁδὸς ὄξει· ἀπ' ὄφθαλμοῖο
ἔλκετο ὀλιγαίνει καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρῶς ὄδυσσα.
Plato ἐκ τῶ ὄραυ γίγνεσθαι τὸ ἔραυ.

*La bellezza bella donna, è l' esca agli occhi
degli huomini. Item*

*Nascitur intuitu pulchri crescitq; fovendo,
Post hominis tantū corde moratur amor.*

Paris ad Helenam.

*Aut faciem mutes, aut non sis
dura necesse est. Virgilius de Didone
refert, eam conspectu Æneæ, amo-
re eius exarsisse. Expleri mentem ne-
quit, ardescitq; tuendo.*

Lib. 1.

Sappho Phaoni.

Est facies oculis insidiosa meis.

Proper. lib. 2.

Oculi sunt in amore duces.

*Et in scholijs in Euripidem extat,
Stesichorum dicere: ijs, qui Helenam
lapidibus*

lapidibus obruturi erant, quàm pri-
mum vultum eius pulcherrimum con-
spexerunt, lapides è manibus ex-
cidisse.

Vt vidi ut perij ut me malus abstulit error. *Virg. Ecl. 8.*

Perq; tuam faciè magni mihi numinis instar, *Lib. 3. am-
rum, Ecl. 10*

Perq; tuos oculos qui rapuère meos.

Ovid.

Medea Jasoni.

Tunc ego te vidi: tunc cepi scire quid esses:

Illa fuit mentis prima ruina mea.

Vt vidi ut perij nec notis ignibus arsi,

Ardet ut ad magnos pinea tæda Deos.

Et formosus eras: & me mea fata trahebant

Abstulerant oculi lumina nostra tui.

Item

Fallax in teneris habitare cupido puellis

Fertur; & hinc certa mittere tela manu.

Verù ubi nam degat, nù cor vel cætera mēbra

Incolat, incertus rumor in orbe viget.

Sed n. e. componi si his hæc iudice debet:

Sunt oculi regnum blande cupido tuum.

Hinc ausim iurare obsistere lumine aperto

Quem melius rad. js Cynthie posse tuis.

Ausim iterù iurare, immotos hostis ad entè;

Quem melius vultus, posse tenere suos.

C 5

Quam

Quam blandis oculis obfistere posse puellæ,
Motusq; immota mente videre vagos.

A. 3. f. 2.

Lege Comœdiam studentes. Nam
per oculos (inquit ibi amator) influit
sævus amor cordis penetrabilia intima
ceu per canales, qui me flammiferis
sagittis transfixit crudeliter: Adeo
ut nec dies quies mihi sit, nec nocte
carpere somnum possi, sed semper
tua forma obversetur mihi.

Ideo cæcus ille Poëta cum puel-
lam amaret pro monstro habitus est.

Hactenus probatum est à nobis,
amorem retia sua expandere in facie
& oculis, & ijs tanquam medio quo-
dam, sive instrumento omnium aptis-
simo uti, quo homini amanti clancu-
lum sese ingerat: Restat, ut, ubi amor
ex aspectu conceptus degat, opus
suum perficiat, demonstremus.

Nullum autem aliud membrum
statuere

statuere posse video, quod amor ob rem
amatam ortus, occupet, quam ipsum
cor, illud namq; est sedes & fons affe-
ctuum secundum Philosophorum &
aliorum communem sententiam, æ-
grotante corde, reliquæ quoque cor-
poris actiones quasi semimortuæ exi-
stunt.

Gaudia nulla iuvant ubi læsum est vulnere
pectus, Salom. in
suis prov.

Nec facile est ægre fingere mente iocos. cap. 14.

Gaudia proveniunt è pectore viva sereno,
Corde malè affecto, spiritus ipse dolet. cap. 15.

Iam quemlibet fateri oportet, amo-
rem inter affectus pertinere, sedem i-
taq; habebit in corde.

Corde amor, ira timor, verum, spes, cura vo-
luptas,

Tanquam arce in quadam, cum Palingen.
lib. 7.
anima versantur.

Tandem ad stabiliendam hanc
meam assertionem accedit & id,
quod omnes, utriusq; sexus aman-

tes

tes amore correpti cogantur laborare
febricula, & quamprimum contra-
rium mihi ostensum fuerit exemplum,
lubens cum mea opinione naufragium
patiar: Sicquidem omnes amantes ob
causas sequentes febricitari oportet,
sunt autem illae causae, rixae, odium,
ira, dubij modi seponendi iterum ri-
xas, & reconciliandi priorem amo-
rem, suspiciones inter amantes exor-
tae, quae omnia multum auxiliantur
huic morbo, vel amans ab amata co-
gitur diu abesse. Item & aliae sunt
causae, quas omnes recensere & com-
memorare est mihi impossibile, illas
relinquo observandas & consideran-
das amatoribus. Sic Aeneas Sylvius
autor est de Euryalo, eum, postquam
ex mandato Illustrissimi Caesaris Si-
gismundi proficisci cogeretur, alibi
statim propter carentiam & absen-
tiam

tiam Lucretiæ dilectissimæ, febrili morbo correptum esse. Sic Cydippe ob amorē Aconty subita febre corripitur. Item Philumenam propter animi mœ- rores, cum ob desiderium & absen- tiam Pamphili peregrinantis, tum ob iras ortas, quarum causa erat Par- meno, in febriculam incidisse, legis- mus.

Ovid in Epistolis

A. 3. l. 2. in Hesyra

Exemplis autem comprobatum habemus, non adeò diu esse manen- tem, sed solummodo esse febriculam a- matoriam, sive ut vulgò nominare consueverunt virgineam, durare ta- men utcumq; per octiduum, interdum citius evanescere & cessare, interdum diutius pernoctare, pro uti fit citior reconciliatio inter amantes. Negant autem amantes esse exortam propter amorem, quare prætendunt & fina- gunt causam quæ non est causa. Mos- dus

Qui enim *hinc ve-* *recundia* *Zeloty-* *pia, illinc* *amoris* *impoten-* *tia confi-* *citur ani-* *mi mor-* *bum quã* *facilime* *contrahe-* *re potest.*

us quomodo oriatur, videtur mihi *talis: Cor in eiusmodi animi morbis,* *ut antea quoque dictum precipue affli-* *gitur, & cum plurimi Spiritus eò* *confluant, liberationem cordi admio-* *nistrare cupientes, calor nimis auge-* *tur, hinc oritur aliquantula febris;* *Humores sicquidem ex quo spiritus* *fiunt, ebulliunt, iam spiritus calidior-* *es à corde proficiscentes excitati,* *pervadunt arterias actionesq; corpo-* *ris impedire paulatim incipiunt. In* *paroxismo non per sentiscitur rigor* *dolorificus cum concussione adeò ve-* *hementi, uti nec adeò calor summus,* *& salva conscientia dicere audeo, me* *visitasse tales febricitantes, tam mu-* *liebris quam virilis sexus, quorum u-* *rina fuit integra, floridi boniq; colo-* *ris, nec exinde quispiam iudicare pos-* *tuisset ægotantem, attamen illi a-* *mantes*

Cuius *corpus* *non adeo* *maligno* *si humo-* *ribus ve-*

mantes egrotarunt ; Et satis etiam de istis quibus solide probavimus, amorem per oculos, quasi per medium quoddam influere hospitioq; excipi a corde : Verum unde digressi sumus melioris intellectus gratia revertimur.

Ad falsum quoq; amorem pertinet eorum amor, qui putant se amari at tamen non amantur, atq; propterea quotidie solent occipiti caeco posticae occurrere Janne, ut inquit Persius Flaccus atq; hi semetipsos vana spe & persuasione lactant, dum nescio qui in virginis cum qua semel sunt loquuti amorem sibi pollicentur, tales certe amatores nil nisi spem nudam maximo precio emunt. Huius autem in amantibus persuasionis cause sunt illi foeminarum astus, inconstantia, ficti gestus, ut sunt eversa cervices, scree-

tus ;

xatur &
tamen æ-
grotum
apparet,
causam
ægritudi-
nis, non
ad animū
sed ad
corpus æ-
groti re-
ferri o-
poriet.

tus, tusses, risus, falsa & ficta suspiria, saepe fictae lacrymae, aliaeque deceptiones vasa. Vnde illud la donna tante ha bonita, quante ribaldarie, ella suol plangere con gli occhi, e rider col cuore, qua in re nequissimas puellas tam artificiosè obsecundari solere Ovid. praeepto apparet.

3. de art.
amara.

Efficit & facile est, vt nos credamus amari.
Provenit cupidis in sua vota fides.
Spectet amabilius iuvenè & suspiret ab imo
Foemina. tam serò cur veniatq; roget.
Accedant lacrymae dolor & de pellice fictus
Et laniet digitis illius ora suis.
Iam dudum pervasus erit, miserebitur ultro
Et dicet cura carpitur ipsa mei.

Quapropter cautius cum foeminis
mercandum moresq; earum probè animadvertendi, & à dolosis & fallere doctis cavendum, talibus enim nihil perniciosius. Vnde in Comædia studentes.

Peius

Peius haud quicquam muliere vivit,
Nam veneroso vomit ore flammam,
Et quibus fallat iuvenes tenellos,

Retia ponit.

Spirat emittens velut Aëna flammam,
Perdat ut stultos miserosq; amantes,
Hanc precor pestem fuge, qui novea
Numina colis.

A. 4. l. 5

Item eadem in Comædia: sic est A. 3. l. 2.

ingenium muliebri his institutum mo-
ribus, ut quantò plus exoptent, tantò
opponant se fortius, quo magis expe-
tant, eò reluctentur plus & negent,
nam cogi volunt volentes & reluctan-
tes petunt: sic Bacchis meretrix He-
auton: ait: Cum Clitipho spe animi
pendebit, decipiam ac non veniam.

A. 4. l. 4.

In Comædia studentes pater ablegans
filium in Academiam hoc mandatum
illi inculcat seriò, dicens.

A. 1. l. 3.

Primum cum nullum animal vi-
vat pestilentias quàm mulier, cavete
ne vos pelliceant bandiss, verbis in

D

suis

sui amorem, quo, quando sub imo cor-
tice Fel tegit, extra melle perlitus
longe dulciss, deterius nihil est. Nam
postquam emunxerunt pecunia incau-
tos iuvenes, eyciunt, illudunt & in-
dice ostendunt digito, nam fœmina est
nihil inconstantius, quarum non secus
mens nunc huc nunc etiam illuc flu-
ctuat, quam carens rectore. Cum va-
rijs agitur fluctibus navis in magno
Pelago. Item A. 5 s. 1.

Rectè dictum est damnosas esse
fœminas bonas malasq. Nam quan-
tumvis castitas laudatur Penelopes,
tamen procis fuit exitij causa, quos
Vlysses sustulit. Et Asiæ toti dedit ex-
itium Tyndaris.

Mantuanus Eclog 4.

Est in eis pietas Crocodili astutia Hyænæ,
Cum flet & appellet te blandius insidiatur.
Fœmineos pastor fugito (sunt retia) vultus

Artic

Arte regit gressus, & lumina torquet ab arte,
Currit ut in latebras ludens perducatur amantem,
Tota dolus, tota ars, tota Histrio, tota venenum.

De natura itidem mulierum breviter & bene inquit, Plautus in Stichus: qui potest mulieres vitare vitet. Item in Bacchide. Miserius nihil est quam femina, viscus merus est vestra blanditia.

Fœmineosærum latet in sermone venenum,
Blanda puellarum lumina philtro habent.
Quo non ars penetrat discunt lacrymare Ovid. de
decenter art.
Quoque volunt plorant tempore, quoque modo.

Et miramur merito, quisnam nonnullis prælegerit artem cum exactè amandi, tum vase & argute fallendi: Ingeniosissimè enim hos Ovid: versus norunt ad usum transferre.

Sed neque te facilem iuveni promitte roganti
Nec tamen edurè quod petit ille, nega.

Fac timeat speretq; simul: quotiesq; remittes,
Spes magis hinc veniet certa, minorque
metus.

Poëta quidam.

Vidi blanditias ternis simul una puella.
Quod daret, huic pede, & huic nutibus,
huicq; manu. (tibus illi
Namq; huic circumdat dum brachia: nu-
Dat signa: & reliquo fert pede blanditias.
Mobile cor cunctis & mens est vana puellis
Mentem constantem fœmina nulla gerit.

*Ad posterius genus falsi amoris
pertinet, qui malum pro bono amant:
quo primo referendi y, qui eas amant,
quibus tamen ipsi sunt odio. Atq; hu-
ius amoris causa est vel quod nimis
Veneri sint, vel aliam quam ament
non habent, & sibi metipsis, se eius
gratiam adhuc demereri posse, per-
spadent, aut quod forma vel divitijs
eius nimis alliciuntur: Inter quos &
illi numerandi, qui vetulas propter
pecu.*

pecuniam ambiunt, de quibus auro
conciliatur amor. Hic etiam exclu-
denda lasciva illa libido, & libidinosa
lascivia (amorem enim verum non
dico (cum quis propter veneream li-
bidinem fœminas aucupatur, amo-
remq; illarum desiderat, ut uxor Pha-
raonis amans Iosephum, sextus Tar-
quinius superbus vitians Lucretiam.
Paris Helenam. Pulcherrimè itaq;
dictum à Cicerone ad Herennium, pu-
tamus: Perditissima est ratio, dili-
gere formam, negligere famam. Talis
namq; amor non potest esse verus a-
mor & animi acquiescentia, sed furor
diabolicus, & libidinosus impetus,
non considerans limites veri amoris
& honesti. Cum Anticus quidam ob
hoc indignum facinus reprehendere-
tur, hisce verbis se consolabatur: Si
non fit castè tamen cautè, verum isti

D 3

NON

non impunè evadent, per quæ enim
quis peccat, per eadem punitur. Rem
exemplis probare, temporis angustia
non patitur.

Brisonius
lib. 1. c. 2

Eunuchus quidam cum alia
quando deprehensus esset cum pellice
Regis Babyloniæ, præsentem Apol-
lonium, qui ipsi erat à consilijs, Rex
interrogabat, quid de Eunucho faci-
endum iudicaret? At ille, nisi ut vi-
vat, admiranti autem regi subiecit,
omne supplicium, si vixerit, ob amo-
rem patietur, & sibi metipsi vivet pœ-
na, & verè respondit, pœnæ enim ma-
nent suos autores scelerum, & intus
supplicium luunt, quo nil crudelius,
nullus certè carnifex in orbe inven-
tus conscientia acrior, dum mentem
malam non sinit quiescere. Verùm hu-
ius vesanæ & indomitæ libidinis cau-
sæ efficientes sunt otium, Verùm Sa-
tanæ

tanae pulvinar, ebrietas, luxus a-
liaeque occasiones.

Quam Platanus rivo gaudet quam Platanus unda, Ovi. lib. I.
Et quam limosa cana palustris humo. de reme.

Tam Venus otia amat, finem qui quaeris amori

Cedit amor rebus, res age tutus eris:

Languor & immodici sub nullo iudice somni

Aleaque & multo tempore quassa mero.

Eripiunt omnes animo sine vulnere vires,

Affluit incautis insidiosus amor.

Desidiam puer ille sequi solet: odit agentes

Davacuae menti, quo teneatur, opus.

Queritur Aegisthus quare sit factus adulter:

In proptu causa est desidiosus erat

Seneca Amor est, inventae gigni- In Octa-
tur luxu, otio nutritur inter lata for- via. Tra-
tunae bona. gedia 9

Sine Cerere & Baccho friget Venus. In Eunuo-
cho. Te-
ren.

Vinaque cum bibulas sparsere Cupidinis alas,

Permanet & capto stat gravis ille loco.

Ille quidem pennas velociter excutit udas,

Sed tamen aspergi pectus amore nocet.

Vina parant animos faciuntque caloribus aptos,

Cura fugis multo diluiturque mero.

Ovid. I
de ar.

Illic saepe animos iuvenum rapuere puellas
Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.
Nocte latent mendae: vitioq; ignoscitur omnis
Horaq; formosam quamlibet illa facit.
Luxuriant animi rebus plerumq; secundis,
Nec facile est æqua comoda morte pati.

Ad falsi amoris species referen-
dus quoq; est is, qui etiamsi verum ob-
iectum appetat, nimius tamen & cum
quadam animi perturbatione conjun-
ctus est. Verus enim amor potius de-
bet esse, dulcis animi actio, & quæ-
dam animi acquiescentia, similis as-
sensui, quo acquiescimus conclusioni-
bus; non furiosus impetus & raptus,
qui omnes mentis actiones, delibera-
tiones, iudicia interturbat & obnubi-
lat. Huius amoris pulchra descriptio
apud Virg. extat sub persona Dido-
nis. Mantua, Eclo. 3.

4. Aene.
id.

Si capis optatam mihi fortunare salutem,
Da quod amo, nostro hæc una est mendicina dolori
Cætera

Cetera quæ memoras mihi sunt tormenta revellè
Ex animo furor iste nequit, mea corpora imago.
Virginis obsedit, mecum est, mecum utq; reditq;
Excubat, & dormit mecum, caput, ossa, medullas,
Cor complexa potest cum sola excedere vita.

Iohan: secundus.

Sed potius moriar, te te mea vita tenendo,
Inq; tuos humeros funera nostra cadant,
Funera de tereti melius pendentia collo,
Quam si sublimi de trabe nexa forent:
Qualis Anaxaretes fastum puer ultus amoreus
Flebile compressa fauce pependit onus.
Exitus aut sic est, aut sic sperandus amanti
O natum tristi sydere quisquis amat.

Quare ij non rectè faciunt, qui
quando capti alicuius formositate
mulieris tenentur, illiusq; tamen amo-
rem nullis muneribus, blanditijs de-
mereri possunt, quiq; manifestè & sen-
sibiliter concludere possunt, omne stu-
dium, operam, laborem adipiscendi
eius favorem, benevolentiam & grati-
tiam esse irrita: ab amore tamen non

desistunt, sed se frustra noctesq; diesq;
eruciant: Multò minus ij rectè fa-
ciunt, qui ubi re amata potiri non pos-
sunt, ad Veneficia & philtia descen-
dunt, & hominibus innocentibus pro
amore furorem, sæpeq; præsentaneum
exitium propinant, frustra enim sibi
persuadent, se talibus poculis amorem
alicuius sibi conciliare posse, qua de
re, vide Bockelium: cui & subscribit
Ovid.

in tracta-
tu de Phil-
tris,

lib. 2.
de art.

Fallitur Æmonias si quis decurrat ad artes:
Datq; quod a teneri fronte revellit equis
Non facient ut vivat amor Medeides herba
Mixtaq; cum Magicis Marsa venena sonis.
Phasias Æsoniden, Circe tenuisset Vlysses:
Si modo servari carmine posset amor.
Nec data profuerint pallentia philtia puellis,
Philtia nocent animis vniq; furoris habent
Sit procul omne nefas, ut ameris, amabilis esto,
Quod tibi non facies solave forma dabit.
Ut dominam teneas, ne te mirere relictum:
Ingenij, dotes corporis adde bonis.

Item

Item.

Moribus & forma conciliatur amor.

Hic etiam notandum est, ignobile vulgus sæpißimè errare, quoties personas, quas vehementiori amoris aestu uri videt, item si tristiores solito illæ personæ incedant, sicibum capere respiciant, vel immemores amantis esse nequeant, statim philtris dementatas esse iudicant, hominesq; honestos & immerentes sæpe veneficij accusant. Amoris enim illius vel potius furoris amatorij causa, non semper sunt Philtra, sed sæpißimè rei amatæ species atq; imago tenacissimè menti inhaerens, animus impotens, perturbatus, nesciusq; flammis Cupidineis resistere, aliæq; causæ quàm plurimæ.

Et nescio quid præterea vulgus de nuce myristica garrit, sed cum non sit nostri instituti talia hic com-

memora-

memorare, ea omitto hoc in loco, & potius vetulis, ipsarumq; consilijs obsecundantibus ista explicanda relinquo, hoc saltem postremo addo, aut furere incipiunt, aut furiosi & insania correpti emoriuntur, aut semper sunt valetudinarij, quibus est communicatum poculum amatorium.

Cum verò amor inter pares esse debeat, miramq; officiorum & actionum communionem postulet, longumq; experimentum requirat, & propterea inter duos esse possit, patet nec eos verè amare, qui subito absque ullo experimento amore corripuntur. Hinc Oenone Paridem ab Helenæ amore, in hunc modum dehortatur.

Nec tibi, si cupias, fidam promitte Lacænam,

Quæ sit in amplexus tam citò versa tuos.

Quæ.

Quapropter ij minimè laudandi,
qui multas simul amant, Vnde Flu-
tarch. in lib. de multitudine amico-
rum, sententiam Pythagoræ appro-
bat: Ne cui vis temere manum injicias
sed diu diligamus quos diligimus. Et
Vulgò qui multis cupit esse amicus, ne-
mini est amicus. Item qui vbiq; est
nusquam est: sicuti e hi non viri no-
men merentur, eas deperentes, quas
sibi dominari concedant. Nam rectè
dictum: Amore è signoria non pati-
scono compagna. Vnde poëtas sæpè
delirare arbitror, qui ad amicarum
fores eulant eis omne seruitij genus
deferunt, & quod abominandum, &
Viro forti indignum, sæpè solent non
nulli in præsentia amasie lamentari,
seriasq; profundere lacrymas, ac si o-
bitus patris vel matris deflendus esset.
Non mehercle est viri fortis, tales,
tam

Apud
scythas
in decorũ
habeba-
tur vnum
esse mul-
tis amicũ.

tam levi de causa edere muliebres a-
etiones.

Iohan: Nec lacrymas numeras quæ perfaciemque
secundus sinamq;
fol. 384. Duxerunt rimas semper euntis aquæ.

Ovid. l. I. Ante fores iaceant crudelis ianua clament
de art. Multaq; submisse multa minanter agant.

Insuper maximè etiam stultus est
amor hircorum vetulorum, qui tene-
ras puellas falsè depereunt.

Turpe senex miles turpe senilis
amor.

Nam illis illud occinitur quod A-
nacreon de ipsis scribit.

λέγασιν αἰγυιαῖνες
ἄρα γέωρ γέωρ ἔ
λαβῶρ ἔσοπῆσορ εἰς ὄρᾱ
κόμας μλυ οὐκ ἔξ οὔσαρ
φιλὸρ δὲ σέυ μέτωπορ.

Publi. *Amare iuveni fructus est crimen*
Minus. *seni. Postremò nunc eos simul ex veri*
amoris consortio relegandas statui-
mus,

mus, eas amantes, quæ à multis a-
mantur, harum enim puellarum ae-
mor, quæ multos amant, non intrat
cordis intima, verùm leuiter tantum
in superficie cordis hæret, malè itaq;
à quodam dictum arbitramur.

Non precor ut contra solum me diligat illa
Dum modo sit penitus non aliena sat est,

Responsionem verò Ovidij melio-
ris approbationis censemus.

Rivalem possem non ego ferre
Iovem.

Effuge rivalem vinctes dum sola tenebis,
Non bene cū socijs regna Venusq; manet.
Sæpè ferox bellum bella puella parit.

Lib. 3 de
art.

Et quantum rixarum, periculi,
pugnarum, inter rivales oriatur, quæ
fraudes & stratagemata invenian-
tur, quibus alter alterum ingeniosè
circumveniat, circumventum & de-
ceptum facetè & scitè alijs deriden-
dum propinet, nunc recensere licet,

CUM

cum & horum res gestæ ad speciem
falsi amoris pertineat, & optimè re-
ferri possint.

Accidit ut nuper fortè una in sede sederent
Tres iuvenes, iuncta his quarta puella fuit.
Stultos amor miseros iuvenes torquebat, &
esse

(Frustra ait) tentabat, quisq; priore loco.
Huic dant blanditias, signisque nutuque lo-
quuntur.

Conaturq; suo quisq; placere modo.
Rivalem haud patienter amat iuvenum al-
ter & illum

(Assolet ut fieri) fallere fraude studet.
Hunc premit incautum pedibus: putat esse
puellam

Vicinam patiens has dare blanditias.
Cæcus gaudet amans, & ovat creditq; teneri
Stultus apud dominam se potiore loco.
Inscius ergo doli hanc reprimat mox illa re-
sultans

Increpat audacem duriter ore procum
Rivales reliqui quãdo hoc sensere, cachinnos
Tollunt, quod frustra hic gaudia vana
fovet.

Impatienter habet risum deceptus, & iras
Concipit atq; fores, falsus amore, petit.

Vltu

Vlturusq; dolos rivalem expectat & ipsam
Egressum foribus, pulsat utraq; manu.
Verberibus certant: plagis pulsantur a-
mantes

Et sic hic, pugna clauditur acer amor
Militiæ species amor est: Namq; intus &
extra

Pugnatur pugnis non vacat ullus amor.

Alius rivalitatis casus.

Audita est nuper mihi fabula digna relatu
De iuvene urebat quem male sanus
amor.

Amplecti in tenebris cupiebat forte puellam
lam

Et mea dicebat sæpe Susanna veni.

Audijt hoc alius, gressum simulatq; puellæ,
Mox sua in amplexus bracchia tendit a-
mans.

Hic fugit, hic sequitur, verum obstant va-
se sequenti

Ut Zythum exciperent vasa reposita novu.

Obstanti tandem circumdat bracchia vasi,

Credens se Dominae membra tenere suæ.

Qui verò iuvenis post vasa picata latebat,

Risus ore graves vix retinere potest.

Alloquitur iuvenem, vocem simulatq; Su-
sannæ,

In cellam dicens mox sequere atq; veni.

E Ebrius

Ebrius hic sequitur; proh cæcus amore Su-
fannæ,

Præceps ast cellæ limina ad ima ruit.
Lacte suo saltu fictilia plena recenti,
Frangit, & in toto corpore lacte madet.
Surgit abire volens, magis ast descendit in
imam

Cellam, quo titubans statq; ceditq; miser.
Iratu tandem sic secum murmurat, atq;
Clamitat accensa, quæso venire, face.
Autor terga dabat: fulgenti lumine cellam
Mox adeunt, rident, risus ubiq; sonat.
Barba etenim lactis, sibi rubra, liquore ma-
debat,

Corpore & in toto nil nisi lac fluitat
Educunt miserum, vario sermone saluant,
Vexant, spectatum, ducitur æger amans.
Autor ibi redit infaustum solatur amantem,
Hunc scænæ autorem nemo fuisse putat.
In cæcos cæcis tenebris sic ludere amantes
Convenit; in claro lumine amare decet.

Sequitur alius.

Lassus eram studijs viridi spaciabar in herba,
Occurrit risu fabula digna mihi.
Sepibus, hortus erat, densis munitus ubiq;
Illius & vario flore nitebat humus.
Iamq; die media veniebat ad arboris umbrâ
Ut legeret tenera lilia virgo manu.

Abdi.

Abditus arboribus spectator forte latebam
Ipse ego: nec cuiquam conspiciendus
eram.

Cumq; diu varios flores, violasq; per hortum
Carperet, ut faceret sarta puella proco.
Rivalum mox unus adest, irratq;, puella
Non amat hunc, sed ut hic optat abes-
set amans.

Quid faciat nescit iubet ut requiescat in hor.
Cogitur invita & iuncta sedere proco. (to
Forte venit iuvenis, summo que virgo dolore
Expe stat, cui non talia visa placent
Nutibus alloquitur virgo hunc signisq; per
hortum,

Si mecum esse cupis fraude repelle procu.
Murmure confecto hic loquitur simulatque
parentis

Voces: hocq; modo depulit inde procu.
Surgit amans pavidus fuerat qui primus in
Solutus cum sola virgine, datq; fuga. (horto,
Quo tuto maneat dubiq; loca multa pererrat
Virginis a patre hic ne videatur, amans.
Iamq; foris iuvenis latitans intrare laborat,
Virginis ut possit solus amore frui.

Advenit ecce pater, lusus turbatq; beatos.
Cogitur & procul hic hospes abire novus.
Decepit fraude sic fraus: & amator amantem.
Lusit: sic variae sunt in amore vices.

CAPVT III.

De accidentibus, symptomati-
bus, signis, & incommo-
dis amoris.

Sicuti se habet noctua ad solem, sic
intellectus noster ad cognitionem
rerum. Vnde illud Scaligeri: *Vis-
treum vas lambimus, pultem haud at-
tingimus, id quod & mihi hoc loco e-
venire conqueror: Verum nos interea
praestamus quantum possumus si non
tantum quantum debemus. Antequam
autem de accidentibus agamus, pri-
mo quaedam quae in genere amoris ac-
cidunt recensebo, hoc facto, ea quae
verum amorem comitantur, tum quae
falsus secum afferat symptomata,
commemorabuntur. Et quidem primo
id amoris competit, quod omnibus re-
bus a natura inest & ita quidem, ut
sepe*

ſæpè dum verò amore privamur vel
propter redamantis inopiam, aliorum
perfidiam, vel alias quoq; causas, tæ-
men ab amore ſemel accerſito abſtine-
re non poſſimus, & ita dum ex vo-
luntate & voto nobis amare non licet,
ex neceſſitate amamus. Hinc illud E.
ſenſabili ſono le coſe, che per amor ſi
fanno. Et Plato in convivio ait, ſi
quis ea puniens, quæ ſæpè propter a-
morem ab amantibus perpetrantur,
faciat, vel adipiſcendæ pecuniæ ma-
giſtratus cauſa, id fieri non poſſe ſine
magna infamia, cum tamen pleraque
amantibus condonemus, proptereaq;
addit.

οὕτω καὶ οἱ θεοὶ καὶ οἱ ἄνθρωποι πάντα
ἔξοσιαν πεποιήκασιν τῷ ἐρωτῷ, id est,

Tam Diſ quam homines omnem li-
centiam præſtiterunt amanti. Et in
cuius animo tanta eſſet immanitas,
qui non miſereretur hominis aliquid

etatis errore, naturæ impulsu, animi
imbecillitate facientis, ut contingere
experimur amantibus, ij certè aut ni-
hil aut leuiter, omnium sanorum iudi-
cio, peccare iudicantur: naturalia sic-
quidem non patiuntur sibi præscribi
leges, quæ sibi non patiuntur præscri-
bi leges, non merentur reprehensio-
nem, amoris præterea studium ex in-
stinctu naturæ ortum trabens, impe-
diri nequit, quare illud meretur ex-
cusationem præsertim apud sangui-
neos, qui cogantur à proprio tempe-
ramento incitati, omnis generis de-
littias sectari & exercere, cum propter
sanguinis copiam, tum quod Venus
benignissimè ipsis faueat. Monendus
autem est lector tres amoris gradus
statui posse iuxta versum.

Primus amor furor est, est noxia flamma se-
cundus,

Tertius à vera sed ratione venit.

Hinc

Hinc rursus liquidò patet à natu-
ra amorem insitum esse, id quod &
Boëtius testatur metro: 6. lib. 4.

Hic est cunctis communis amor
Repetuntq; boni fine teneri.

Nemo unquam prorsus vixit securus amorù,
Res vulgaris amor studium commune iu-
ventæ

Man.
Ecl. 3

Et hac de causa etiam amor à
Platone Magnus Dæmon & pertur-
bationū omnium vehementissima ap-
pellatur, ut recte à Virgilio dictū sit.

Omnia vincit amor & nos cedamus amori

Quem non mille feræ, quem non Sibeneleus hostis

Non potuit uno vincere, vicit amor.

Quo fugis ab demens nulla est fuga, tu licet usq;

Ad Tanaim fugias, usq; sequetur amor.

Epist. 9

Ovid.

Propert.

1. 2. Eleg.

Demum & illud amori commu-
niter inest, à re amata non diu (a-

2. Acci-

dens.

mator etenim quasi clavo cupidinis

Ianua amasiæ est affixus) abesse,

sed semper illius amabili aspectu &

iucundo colloquio suaviter frui, ut in

E 4

Eunus

Eunu: Tandem ego ne illa caream?
A. 2. l. 1 *Si sit opus vel totum triduum, Pa.*
Hui totum triduum? Vide quid agas.
Chi ha amore in seno, ha l' ali à pedi
Non possono i ceppi, ele catene, ritener
un, amante, dall' amata lontana.

Ecl. 3
Et pulchrè Titus Calphurnius.

Te sine vel misero mihi lilia nigra videntur,
Nec sapiunt fontes & acescunt vina bibenti,
Ac tu si venias & candida lilia fiunt
Et sapient fontes & dulcia vina bibentur,

Olympius Nemesianus Ecl. 2.

Te sine va misero mihi lilia nigra videntur,
Pallentesq; rosæ nec dulce rubens Hyacinthus,
Nullus nec Myrtus nec Laurus spirat odores:
At tu si venias & candida lilia fiunt
Purpureaq; rosæ: Tunc dulce rubens Hyacinthus
Tunc mihi cum Myrto Laurus spirabit odores.

3. Acci.
Amor etiam animositatem &
audaciam suggerit, ut amantes re a-
mata vel potiantur, vel eam non a-
mittant,

mittant, vel ne quid mali ei accidat
quidvis aggrediantur.

Quisquis amare cupit discrimina nulla recusat
Omneq; tormentum iudicet esse leve.

Beroal-
dus.

Statuunt in nocte silenti
Fallere custodes foribusq; excedere tentent,
Callida per tenebras versato cardine Thisbe
Igreditur, falliq; suos adopertaq; vultum
Pervenit ad tumulum, dictaq; sub arbore sedit
Audacem faciebat amor.

4. Meta.
Ovid.

In quantis periculis versatus fue-
rit Eurialus, quantis vitæ necisq; di-
scriminibus sese commiserit, quibus
sua vi colloquio Lucretiæ fruisce, eius-
ve amore potiri posset, attestatur Æ-
neas Sylvius, hic brevissimam volu-
ptatem præsentaneo periculo emere
non recusavit.

Amorem etiam comitatur alio. Acc. 4
rum invidia, malorum enim proprium
est aliorum bonis invidere, & hoc ac-
cidens si emaneret & abesset, felicius

E S

& op^s

Et oportunius amaretur, nullaq; sæpe
numero rixæ, odia, suspiciones & pug-
næ orirentur.

Horat. l. I

Epis.

Ovid.

Invidus alterius rebus marcescit opimis,
Felicior seges est alieno semper in agro.

Vicinumq; pecus grandius vber habet-

Quæstio & hic movetur an lætiti-
a semper sit cum amore coniuncta?
Nos aliorum opinionibus missis, re-
spondemus quod non semper quamvis
Exer. 317 sæpius, ut patet ex Scalig: dicente,
amor potest esse cum tristitia, attamen
non uno modo. Primus est cum ama-
mus nec redamamur, quod testantur
carmina hinc inde Poëtarum. Alio
modo tristitia oriri potest ex carentia
& desiderio rei amatæ ut habet Lo-
l. 2. carm tichius.

Nec tu credideris socias nescire puellas,
Te sine me sævo pene dolore mori.

Sive

Sive palatini cultos in principis hortos

Imus, in his oculi quod lacrimentur habent
Assuio sine te, quondam loca dulcia nobis,
Et quoties texo florida ferta fleo.

Sive peto sylvas, nemus aut venaribus aptum,
Accumulat curas sylva nemusq; meas.

lege histo-
riam de
Thisbe
& Pyra-
mo. Ovi.

Tertiò sæpius imò sæpiusimè tri-
stitia animiq; angores ex suspitionibus
oboriuntur, quæ tamen interdum fal-
sæ, vanæ, & si amans non aleret, &
sibi fingeret suspiciones ex falsis con-
iecturis conceptas, sua vior & multo
felicior foret ipsius amor. Lotichius
lo: ci:

Parce per antiquos (si forte meremur) amores,

Dulcibus illecebris ne captare, vide

Sed potius tempus lucundos inter amicos

Falle, vel Aonia, quæ tibi grata, lyra.

Aut cole finitimos (nihil illis dulcius) hortos

Sed tamen, has intret ne qua puella, cave.

Non equidem timeo: sed cuncta timemus amantes,

Tu modo non dubita de probitate mea.

Heropuella scribens suo Leandro.

Ferre

Perre tamen possum patientius omnia, quam se
Otia, nescio qua pellice captus, agas.
In tua si veniant alieni colla lacerti
Sicq; novus nostri finis amoris amor:
Ab potius peream quam crimine vulnerer isto
Fataq; fiat culpa nostra priora tua.
Nec quia venturi dederis mihi signa doloris,
Hæc loquor, aut fama sollicitata nova.
Omnia sed vereor, (quis enim securus amavit)
Cogit & absentes multa timere locus.

Quartus modus est, ubi quippiam
sinistri amate rei e venerit, illic amor
absq; ulla lætitia, uti exemplo nobis
est Thisbe, exopinato offendens inter-
fectum Pyramum.

- l. 4. fab. Ecce metu nondum posito ne fallat amantem
4. Illa redit: iuvenemq; oculis animoq; requirit,
Quantaq; vitare narrare pericula gestit.

Quintus modus est, cum ob ipsum
amorem aliquid adversi, ut propter
novercam, quam vehementer amem,
eiciendi domo essent mei liberi, qui
nihilc.

nihilominus mihi cari forent.

6. Et vltimus si vitium ante igno-
tum in amico deprehendam.

Nunc ad falsi amoris Symptomata
commemoranda devenio. Vbi non o-
pus esse puto vt singularum specierum
singula recenseam Symptomata. Cum
enim in eo ferè omnes conveniant, ut
modum excedant, eadem etiam ha-
bent Symptomata, que variè & coo-
piosè apud varios authores descripta
extant. Plautus in Mercatore eorum
Cathalogum enumerat talem.

Num hæc eundem vitia amorem seclari solent

Cura ægritudo, vitiæq; elegancia

Insomnia ærumna, error & terror & fuga

Ineptia stultitiæq; adeo & temeritas

In cogitancia, exors immodestia

Petulantia, cupiditas & malevolentia

Inheret & aviditas, desidia iniuria

Inopia, contumacia & dispendia.

In amore omnia hæc insunt vitia. Eunuchus

Iniuriæ A. i. 10. 1

*Iniuria suspiciones, inimicitia, in-
ducia Bellum pax rursus.*

*l. i. de ar. Quod iuvat exiguum est: plus est quod laedit a-
mantem:*

*Proponant animo multa ferenda suos
Quot lepores in Atro quot apes pascuntur in
Hybla*

*Cerula quod baccas, Pallados arbor ha-
bet.*

*Littore quot conchae: tot sunt in amore do-
lores*

Quae patimur multo spicula felle madent.

*Plautus Amor & melle & felle fecundissimus, gustu
in Cistel- Dat dulce, amarum ad satietatem vj³ aggerit.
la.*

*Vide Ma. Ob tantas amoris incommodita-
tull. lib 2 tes, animi dolores, angores Damon
Ecl. 8 exclamat.*

*Nunc scio quid sit amor, duris in co-
tibus illum*

*Ismarus aut Rhodope aut extremi
Garamantes*

*Nec nostri generis puerum nec san-
guinis edunt.*

Quid

Quid loquor? aut ubi sum? quæ
mentem insania mutat

4. Act.

Fles, rides, gaudes, mœres, requi-
escis, oberras,

Angeria.
de seipso.

Non mirum, vita est talis aman-
tis, amo.

Sum ne ego miser, qui nusquam be-
ne queo quiescere?

Si domi sum foris est animus: Si foris
sum animus domi est,

Ita mihi in pectore atq; in corde fa-
cit amor incendium.

Plautus
in milite.

Iactor, dispereo, crucior, trahor huc
miser atq; huc,

Ipsè ego, iam quis sim, nescio,
necve vbi sim.

Marull.
l. 1

Tot simul insidijs premor vndiq;
proh dolor in me

Sævitiæ Cypris dat documen-
ta suæ.

Sævitiæ documenta suæ dat: ego
hanc tamen unam

Deperco, utq; nocet, sic licet
usq; sequi.

Qua

Qua si quis miserum solam me libe-
ret horam.

Hic mihi sit Phœbo doctior &
melior.

Angeri.

Vera mei effigies hæc vultus deficit una
Vita hic: cum picta est, non ego vivus eram

*Questi amanti sono come gl' infer-
ni, che quanto piu bevono e ribevono
tanto piu hanno sete.*

in Ennu. Quanto minus spei est tanto magis amo.

A. 5. sc. 9 Quis mihi te similem sic fecit dulcis imago
Quam vere vultus exprimis ipsa meos.

Anger de sua ima-
gine. Tu palles, me pallor habet: tu lumine cæco,
Cæcus ego, nulla (heu) mens tibi, nulla
mihi.

Vita tuos artus & nostros vita reliquit,
Muta taces, muta est hæc mea lingua, tacet
Tu sine corde manes, maneo sine corde, mo-
raris

Hic sola solus nocte dieq; moror. (pyro,
Membra geris tenui & fragili contecto Pa-
In tenui & fragili cortice vigor inops.

Nil nisi vana mei tu corporis membra vel
aura

Corporibus par est umbra vel aura meis.

Non

Non multo duras tu tempore, tēpore multo
Non multo, fies tu cinis, ipse cinis.
Ambo pares at læta magis tu degis: Amorem
Non sentis, miserum me facit asper amor.

Ἐσοῦσιν ἕξωτες ὡς κακῶν μέγα

Eurip. in
Med.

Me miserum quod amor non est medicabi-
lis arte,

Oenone
Epist. 5

Destituor prudens artis ab arte mea.

Contrarijs luctatur insolens secum
Amans, sibi cadaver alteri vivit
Absens sibi ipsi non adest, abest præ-
sens

Scaligi
fol. 437.

Captivitatem liberam videns captus
Nullo pavorē sub pavore constrictū

Periculum svave, noxium tutum.

Est sanitas languore plena, lāguorq;
Vrgente sanitate victus: & veniens
Sitis, frequenti comparata de pastu
Sitim sitire, vt ebrius siti fias.

Quod habes, cupis: tibi que abesse
cernis

Risum dolore, fletibusq; conditum
Sali quies sed non quieta tranquill.

F Noctis

Noctis erat medium curasq; & cor-
pora somnus. (igne

Solverat, at virgo Cinyreia pervigil
Carpitur indomito furiosaque vota
retractat (re pudetq;

Et modo desperat, modo vult tenta-
Et cupit & quid agat non invenit.

Vtq; securi

Saucia trabs ingens, ubi plaga novis-
sima restat,

Quo cadat in dubio est omniq; a par-
te timetur: (mutat

Sic animus vario labefactus vulnere
Huc levis, atq; illuc, momentaq; su-
mit utroq;.

Fingerat ore color, macies obduxerat
artus,

Epistola
ad Hero.

Sumebat minimos ora coacta cibos
Nec somni faciles & erat nox annua
nobis,

Et gemitu nullo laxa dolore dabat.
Torretur aestu tacito, & inclusis quoq;
Quavis tegatur, proditur vultu furor.
Erumpit oculis ignis, & lassæ genæ

Sineca in
Hippolyta

Lucem reculant, nil idē dubio placet
Artusq; varie iactat incertus dolor

Nunc

Nunc & soluto labi ur moriēs gradu,
Et vix labante sustinet collo caput:
Nunc se quieti reddit, & somni im-
memor

Noctē querulis ducit: Attolli iubet,
Iterumq; poni corpus, & solvi comas
Rursusq; fingi, semper impatiēs sui.
Mutatur habitus, nulla iam Cereris
subit

Cura, aut salutis: vadit incerto pede,
Iam viribus defæta: Non idem vigor
Non ora tingens nitida purpureus
rubor

Populatur artus cura, iam gressus
tremunt,

Tenerq; nitidi corporis cecidit decore
Et qui tenebant ligna Phœbæ facis
Oculi nil gentile, nec patruū micant
Lacrime cadunt per ora, & assiduo
genæ

Rore rigantur, qualiter Tauri iugis
Tæpidæ madescunt imbre profusæ
nives.

Quisquis amat servit sequitur captivus a- Mantē
mantem Ecl. 10

Fert domita cervice iugum, fert verbera tergo

F 2

Dulcia,

Dulcia, fert stimulos, trahit & bovis instat
aratrum.

*Non sò che fare mi rincresce, e
tutto ardo e vampo nelle fiamme de a-
more, vivo e moro ad un' tempo, fac-
cio, ne so, che faccio.*

Proper.

l. 2.

Libertas quoniam iam nulli restat amanti,
Nullus liber erit si quis amare volet.

*Sæpenumero medentur afflicti
amantes suis doribus, tribulationes,
quibus cremantur abigunt, curisue
quibus sollicitantur, paululum obli-
scuntur, si tantum ante ædes amasiæ
de nocte datur occasio ludendi in che-
li, sive cythara Schustringali.*

Anger so.

2. 2.

Dum canerem & Cytharam pulsarem pecti-
ne solus

Solus apud Dominae, nocte Silente fores.
Audiui (fateor) vocem: sic dixit amator.

Stultus es, in ventos irrita verba fluunt.

Respondi: nihil esse loquor quodcumq;: sed
ægrum

Sæpè iuvat poenas promere voce suas.

Hæc

Hæc mihi non alijs refero, sint sydera testes
 Et si surda manent sydera saxa precor.
 Et ventos nubesq; arras, & limina, quæ me
 Excludunt, sunt hæc verba doloris, amo.
 Non ita Carpathiæ variat Aquilonibus undæ Prop. 1. 2.
 Non dubio nubes vertitur atra Noto:
 Quam facilè irati verbo mutantur amantes,
 Dum licet, iniusto subtrahere colla iugo.

*Quare irato amanti non facile
 est habenda fides, præsertim si quæ
 in illo animi furore pollicetur & spon-
 det. Amans iratus multa mentitur si* Pabl. Mi-
bi, id est, Multa constituit in animo, mus.
quæ postea non præstat & exequitur.

Egó ne illam & quæ me & quæ illum?
 Eam ne & non si me obsecret. A. I. G. I.
 Eunu.

Sed horum malorum animiq; mo-
 lestiarum hætenus commemorata-
 rum, omnium ferè fons & origo est
 suspicio seu Zelotypia, ex falsis ete-
 nim suspicionibus, mutuo semetip-
 sos prosequuntur odio amantes, clande-

F 3 stina

stina invidia & occultis iris cru-
ciantur.

Est autem hæc ζηλοτυπία sive ri-
ualitas animi ægritudo ex eo proveni-
ens, quod tristatur Zelotes, simulq;
timet ne ei auferatur id, quod cum ne-
mine velit habere commune.

Zelotypus seu Zelotes dicitur
qui nullum in amore fert rivalem: sic
Deus vocatur Zelotes quia propter
summum erga nos amorem gravem
commovetur ad iram, quando videt
nos fornicari cum alienis dijs: sic a-
mantes sæpè ira afficiuntur occulta,
non solum cum revera vident, eum a-
morem, qui ipsis debebatur, alijs of-
ferri & communicari, sed etiam cum
ex levissimis & interdum vanissimis
coniecturis, rem amatam erga se alie-
niori animo esse putant.

Hæc hæc Zelotypia tristitiam,
hæc

hæc inter amantes iras, odia, hæc
cum rivalibus contentiones, insidias
ac pugnas excitat, hæc causa caput
morositatis in amatoribus, princi-
pium & fons omnium morborum, æ-
rumnarum, perturbationem præci-
pius existit: De qua Ludovvicus
Ariostus Italicorum poëtarum facile
princeps in Orlando furioso cantu 31.
mox in principio hæc canit stanza. 1.

Che dolce piu, che piu gioucunda
stato

Saria di quell d' un' amoroſe core?
Che piu viver felice, e piu beato,
Che ritrovarſi in ſervitu d' amore?
Se nõ foſſe l' huom ſempre ſtimolato
Da quell ſuſpettorio, da quell timore
Da quell martir da quell frenesia
Da quella rabbia detta gelofia?

Gelofiam

vocant

quod ani-

miſſi.

duo metu

terret.

Et paulo poſt Stanza 5.

Queſta e la cruda e avelenata piaga
A cui nõ val liquor, nõ val impiastro

F 4

Ne

Ne murmure, ne imagine, d' saga
Ne val longo offervar di benigno a-
stro

Ne quanta es perienza d' arte maga
Fece mai l' inventor suo Zoroastro
Piaga crudel che sopra ogni dolore
Conduce, l' huom' che disperato
miore

O in crudel piaga che nel petto
d' un' amator si facile s' imprime
Nó mē per falso che per ver suspecto:
Piaga che l' huom' si crudelmente op-
prime

Che la ragiō gli offula, el' intelletto,
E lo trae fuor de le sembianze prime
O iniqua gelosia, che così à torto
Levasti a bradamenti ogni conforto

Huc & sequentia pertinent.

Eclog. 9. Credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fia-
Virg. gunt?

Sappho Phaoni.

Tu mihi cura Phaon: te somnia nostra redu-
cunt

Somnia formoso candidiora die.

Omnia

Omnes animi mœrores & crucian-
tus, quibus amans miserrimè afflicti-
satur, Plautum in Cistellar: a. 2. com-
plexum esse autumo.

Credo ego amorem primum apud homines
carnificinam commentum

Hanc ego coniecturam de me domi facio, ne
foris quæram,

Qui omnes homines supero atq; antideo cru-
ciabilitatibus animi

lactor, crucior, agitor, stimulator, versor in a-
moris rota miser,

Examino, seror, differor, distrahor, diripior:
ita nullam mentem

Animi habeo: ubi sum: ibi non sum, ubi
non sum, ibi est animus,

Ita mihi omnia ingenia sunt: quod lubet,
non lubet iam id continuo.

Ita me amor lapsum animi ludificat, fugit,
agit,

Appetit, raptat, retinet, iactat largitur quod
dat non dat deludit:

Modo quod svasit, disvasit quod disvasit id
ostentat.

Cum autem privatio sensuum,

F 5

tanquam

*tanquam inseparabile & inusitatum
amoris adiunctū, amantes comitetur.*

*Proper. Quicumq; ille fuit primus qui pinxit amore
lib. 2. Ele. Nonne putas miras hunc habuisse manus
suarum. Hic primum vidit sine sensu vivere amantes
de pi. Et levibus curis magna perire bona,
Etura a. Idem non frustra ventosas addidit alas,
moris. Fecit & humano corde volare Deum.*

*Scilicet alterna quomodo iactamur in unda,
Nostraq; non ullis permanet hora locis
Et merito hamatis manus est armata sagittis
Et pharetra ex humero gnoscia utroq; iacet.*

*Specialiter itaq; de his quaedam
seorsim differemus. Primo vero aman-
tes circa visum & caeci redduntur &
nimis oculati. Caeci dum sua non vi-
dent incommoda & rei amatae deforma-
tatem, unde illud: gli amanti loa-
dano sempre, non quel che e bello ma
quello che lo piace piu. Plato τὸ φῶ-
λον τῷ φιλῶντι τὸ φαῦλον ἢ τὸ φιλῶντι. Proper.
lib. 2.*

*Scilicet insano nemo in amore videt.
Nimium vero vident dum in omnes*

ad. 10.

actiones, tam rei amatæ, quam aliorum, sunt intenti.

Ipse miser vidi cum me dormire putares,
Sobrius apposito crimina vestra mero.
Multa supercilio vidi vibrante, loquentes.
Nutibus in vestris pars bona vocis erat.
Non oculi tacuere tui, conscriptaq; vino
Mensa, nec in digitis litera nulla fuit.
Sermonem agnovi (quid non videatur amanti?)
Verbaq; pro certis visa valere notis.

Amore e per natura diligentissimo e vigilantissimo.

Novi ego amantium animos, ad
portunt graviter quod non censeas,
A. 3. sc. 3. Heaut.

lacturam facultatis auditus amantes magna ex parte faciunt, ut ne minimos quidem, qui de ipsis sparguntur rumores, audiant, nullis bonis admonitionib. locum dent. Prop. l. 2 Ele.

Ah pudeat certe pudeat, nisi forte, quod aiunt
Turpis amor furdis auribus esse solet.

Imò tactum & sensum amittunt.
Hinc Paris amore Helenæ correptus
ita scribit. Dum

Lib. 2. a.
mo. Eleg.

3.

Leand:
Heroni.

Dum stupeo visis (nam pocula forte tenebā)
Tortilis à digitis excidit ansa meis.
Frigora ne possim gelidi sentire profundi,
Qui calet in cupido pectore præstat amor:
Ratio in amantibus perturbata reperitur.

Pontan.
fol. 35.

Etenim rationis amantes
Expertes; omni cæca in amore via est
Quisquis amat, multum non rationis habet.
Amor e privo di discretionē & di rispetto
e al tutto di ragione.

Phædra
Hippo.

*Quid deeat non videt ullus amans.
Quia sunt perturbati, perturbatus
autem, non uti par est, utitur ra-
tione.*

A. i. f. 2.
Eunuch.

Timor etiam amantes multum cruciat.
Totus Parmeno tremo horreoque postquam
aspexi hanc.

Helena Paridi.

Et peream si non invitent omnia culpam:
Nescio quo tardor sed tamen ipsa metu.

Hero.

Omnia sed vereor (quis .n. securus amavit?)

Lean.

Omnia solliciti plena timoris erant

Hermio.

At regina dolos (quis fallere possit amantem)

Orest.

Præsentit, motusq; excepit prima futuros,

4. Æneid.

Omnia tuta timens

Penelo.

Res est solliciti plena timoris amor.

Vlyssi.

Amant.

*Amantes etiam ad omnes tum cor-
poris tum animi labores inepti sunt.
Frustra itaq; amantibus labores præ-
scribuntur ut Sappho testatur.*

γλυκῆα ματὲρ οὗτοι δὴ νῦν αἰμα κρένει τὸν ἴσθμ
πόδω δ' ἀμείσα παιδὸς ἑραδινὰρ δ' ἀφροδίταρ

Nulla quies mihi dulcis erat nullus labor **Mantua:**

ægro

Ecc. 1.

Pectore : sensus iners & mens torpore sepulta
Ut stomachus languentis erat, quem nulla ci-
borum

Blandimenta movent, quem nulla invitat o-
rexis

Carminis occiderat studiū, iā nulla sonabat
Fistula disparibus calamis, odiosus & arcus
Funda odiosa, canes odiosi, odiosa volucrum
Præda : nucum calices enucleare molestum,
Texere fiscellam iunco, vel vimine piscem
Fallere, scrutari nidos, certare palestra,
Sortiri digitis, res iniucunda, voluptas
Magna prius, tanti dum mens erat inscia
morbi.

Nunc vellem sæcunda forem : dolor artibus
obstat

Ingeniumq; meis substitit omne malis.
Nō mihi respondēt veteres in carmine vires
Plectra dolore tacent muta dolore lyra est
Efficite

**Sappho
Phao.**

Iohan:
secund

Efficite ut redeat: vates quoq; vestra redibit:
Ingenio vires ille dat, ille rapit,
Deficit & torpet, nec iam sibi conscius artis
Vilius est animus, nec memor ipse sui.

*Sic Ovid: gigantomachiam scri-
pturus, nimio amore correptus, per-
texere illam non potuit, sic etenim de
se ipso scribit:*

lib 2. am.
Eleg. 1.

In manibusq; Iovem quoq; cū Iove fulmen
habebam

Quod bene pro cœlo mitteret ille suo,
Claudit amica fores: ego cum Iove fulmen
Excidit ingenio Iupiter ipse meo. (omisi

*Dido novam Carthaginem ædifi-
cat, verum dum insano Aeneæ amo-
re capitur,*

Pendent opera interrupta minaq;
Murorum ingentes: æquataq; machina cœlo.

Lib. 4.
Æneid.

*Ogni inamarato, non attende ad
altro, che a portare avanti, i sui desio-
deri, ne ad altro pensa,*

*Hæc & similia quæ iam recensita
sunt amoris falsa incommoda, ne
quis*

quis à poëtis vt alia conficta putet, aut
olim tantum accidisse sibi somniet.

Nam quilibet, qui saltem in a-
ctiones hominum parum intendit, ea
esse verissima & etiamnum quotidie
evenire, facile cognoscet. Non vero
puto opus esse, ut nova amoris signa
recenseam, qui enim hanc iam recensita
symptomatum syndromen bene
perpenderit, facile amantes poterit
diudicare. Si enim hæc sequentia vel
ex his plurima alicui inesse animad-
vertit, facile, eum amore uri, inde
conijcere poterit. Vt facies pallida,
crebra ex imo pectore suspiria. Ode
xi lib. Epod. Hor.

In queis amantem & languor, & silentium

Arguit, & latere petitus imo Spiritus.

Cur tristis? cur pallidus? quare ducis suspiria. Comæd:

Facies indicat tua pertristis dolorem ma- stud:

ximum.

A. 3 f. 26

Causam autem palloris in amanti-
bus hanc esse opinor, spiritus tri-

stis &

stis & aeger exiceat ossa, hanc aegritu-
dinem producit indigentia rei amatae,
quod si tristatur animus languor sub-
sequitur totius corporis, quia in mæ-
stitia concoctiones non ritè perficiun-
tur, eo quod cor dum tristatur reli-
quis corporis partibus sua deneget
munera.

Ovid. 9. Esse quidam læsi poterat tibi pectoris index
Meta. Et color, & macies & vultus, & humida sæpe

Lumina, nec causa suspiria mota patenti,
Et crebri amplexus, & quæ si forte notasti
Oscula, sentiri non esse sororia possent

Anger. Fles, rides, gaudes, mæres, requiescis oberras,
Non mirum: vita est talis amantis, amo.

Mantua. Pallebã attonito similis, lymphaticus amens
Ecl. 1. Immemor insõnis, nec erat res ardua, morbi
Nosse genus, frons est animi mutabilis index.

Postmodum & ista pro infallibili
amoris signo haberi possunt: Sine Ceo-
rere & Baccho friget Venus, ubi igitur
regnat Bacchus suis cum bibosis
Jocys, ubi continuæ potationes ibi Ve-

MUS

nus habitat, ex luxu enim & otio ne-
cessario prognascitur Venus. Præte-
rea quoque sunt signa amoris, oculorum
cavitas, cibi fastidium, febris Virgia-
nea, cuius superius facta est mentio,
cor languens, pulsus tremulus & tur-
bulentus, ad rei amate laudationem
& vituperium pulsus & facie colo-
ris mutatio manifesta, & quod certis-
simum non in uno loco fixa & longa a-
mantis permanentia, Lucretia quoties
vidit præterequitare Eurialum mu-
tauit colorem faciei.

Hinc teste Gal. l. 1. Prognos. Eras-
stratus medicus cognovit, Antiochum Se-
leuci Regis filium amore Strationices
noverca teneri. Decrevit enim as-
sidere Antiocho, & ad salutationem in-
gressumque singulorum intra cubicu-
lum, illius notare commotiunculas,
longa demum animadversione conti-

G

nuamque

nuāq̄ observatione, tandem Erasistratus medicus peritissimus & naturæ sciens deprehendit, quoties cubiculum Strationice ingrederetur, quoties languenti assisteret, intingī rubore Antiocho faciem venamq̄ Spiritalem subsilire, ac corpus ipsum vigorem aliquem resumere, confestimq̄ illa abeunte, labascere Antiochum, Spiritumq̄ recidere. Hinc ergo sine omni dubio concludit medicus Erasistratus, amorem esse morbi præsentis causam.

Similiter ex nonnullis hisce iam enumeratis signis Gal: Iustam Boëtij consulis Romani uxorem Pyladis Histriionis amore uri comprobavit. Non abs re fuerit, in fine huius capituli Loetieby carmen addere in quo multa de natura, signis & accidentibus amoris comprehenduntur, lib. 2. Carm.

O sydus,

O Sydus, quid adhuc tuos amores
Semimortuus, & ffre peresus
Curis, quid retices tuo secundo?
Nam simplex scio candidæ puellæ
Vrit: te pudor, impotensq; vivum
Exugit tibi sanguinem misello
Imis ardor inæstuans medullis
Nec caros latet improbus sodales
Venis haustis amor siticulosus,
Sed flammæ dolor arguit, colorq;
Insuetumq; silentium, feroces.

Frons porrectior ante, nec per herbas
Sordebant tibi floridi recessus
Nec convivia, nec tui libelli:

At nunc illepidus repente vivis,
Festinans trepidus modo huc modo illuc

Et voces leviter proterviores,
Et furtim numeros procaciores,
Mellilamq; sonas, Rosunculamq;
Et quicquid miseri sciunt amantes,
Mulsam delicias amænitates,
Vidi & cum roseas manu papillas
Velles tangere per iocum, sed arctè
Obseptus fuit hortulus: quid udas
Dicam (proh dolor) osculationes?
Et morsus & anhelitus frequentes,
Nil abraderè dum potes, premisq;
Et pulchris inhias gemens ocellis,

Nec mentem facias, nec ima sentis
Labi tabidulam per ossa mortem.
Quare dum licet, es mihi monendus,
O sydus: Nova dum recensq; flamma est,
Ignes excutias ut invenustos,
Tectum nec tibi blandiens venenum
Assuetudine nutrias & usu
Victor sic eris aut diu dolebis

Quapropter ob iam recensitas cruciabilitates animiq; tribulationes, summopere amoris illecebræ vitandæ, fugiendæ suaviatones poscinummiæ, cum studijs, ingenio, moribusve hominum nihil dispendiosius sit, quàm versari miserè in rota amoris, nihil noxius quàm implicitū esse visco muliebri & in curru Vanitatis residere, nihil miseriq; quàm in Veneris carcere captus teneri, & in Labyrintho Cupidinis vagari. Et vt omnes hoc faceremus, amoremq; tanquam hostem studijs laboribusq; nostris infensissimum, cane peius & angue de vitaremus, mo-
nent

nent verba Ciceronis pro M. Cælio:
Fieri non potest, vt animus libidini
deditus, amore, desiderio, cupiditate,
copia inopia etiam nonnunquam im-
peditus, literis operam dare possit,
&c. Sed de his fusius loquendi dabi-
tur alias opportunior locus, nunc quod
polliciti sumus absoluetur.

CAPVT III.

De Indicationibus & Prognosticis.

NON omnis amor toto genere vi-
tiosus est & propterea ex animo
tollendus, ut malè censerunt
Stoici, qui vniuersum perturbationū
genū prauū, rationi aduersum viro sa-
pienti indignū, atq; idcirco ex animo
virtutum cupido eradicendū statue-
runt quos refutat, Piccolomi: in mo-
ralibus gr. 1. cap. 24.

G 3

Nam

Nam de vero amore illud Hora: lib. I. Car: od: 13.

Felices ter & amplius,

Quos irrupta tenet copula: nec malis

Divulsas quærimonijs,

Suprema citius solvet amor die.

2. de re-
med:

Si quis amat quod amare iuvat, feliciter ardet:

Gaudeat & vento navigat ille suo

Sed is saltem qui vitiosus est & rationi rectæ non obtemperat extirpandus est, Hic verò cum à sua causa continente foveatur, quæ est falsa species pulchri, curari non poterit: nisi falsitate pulchri demonstrata alijsq; causis amorem conciliantibus sublatis. Et licet quispiam in intimo, amoris medullivori, labyrintho circumvagentur, at tamen se facilimo labore pristinae salutis non posse restitui, non est quod dubitet, quantumvis huius vitij curatio ab aliquibus habita sit & habeatur impossibilis. Proper, lib. 2. Eleg: ad Mæ:

Omnes

13.
Omnes humanos sanat medicina dolores:

Solus amor morbi non amat artificem.

Hoc si quis vitium poterit mihi demere, solus

Tantalia poterit tradere poma manu.

Dolea virgineis idem ille repleverit urnis

Ne tenera assidua colla graventur aqua.

Idem Caucasia solvet de rupe Promethei

Brachia & e medio pectore peller avem.

Sed tamen omnino non impossibi-
bile esse amorem curare, quotidiana
testatur experientia. Plurimos sic qui-
dem, ex vinculis amoris liberatos eva-
dere videmus.

Facilioris tamen curationis amor
recens est, difficilioris inveteratus,
qui iam altas egit radices. Helena
ad Parid.

Dum novus est, capto potius pugnemus amori.

Flamma recens parva sparsa resedit aqua.

Ogni mal' nuovo age vol mente
sileva, ma poi invecchiato o non mai,
o con grandissima difficulta.

Turpior attamen sicut & diffi-

G 4

cilioris

cilioris curationis amor est senū quā
iuvenum lib. 1. amo: Elog. 9.

Quæ bello est habilis Veneri quoq; competit ætas:
Turpe senex miles turpe senilis amor.

Inter omnia autem monstra nul-
lum monstrosius esse simili amatore
statuimus, non tantum eam ob cau-
sam, quod sint steriles & inhabiles ad
veneris delicias, verum hanc ob cau-
sam, quod eorum amor plerunq; sit in-
honestus, turpis, & libidinosus, quo-
rum amoris dementiam explodit, Sya-
rach cap. 25.

Tres species graviter odi; paupe-
rem superbum, divitem mendacem, &
senem stultum amores meretriceos se-
ctantem. O delire & nimium oblite-
tui, saltem ad speculum te relego, ibi
defectum dentium deflens, capitis ni-
ves aratamq; rugis frontem, cadave-
riq; simillimam faciem, contemplare.

Ipsa

*Ipsa iam te voluptus repellit tanquam
ineptum instrumentum minusq̄ ad
Veneris lusus idoneum.*

Lusisti satis, edisti satis atq; bibisti:

Tempus abire tibi est, ne stultum turpius a quo.

Rideat & pulset lasciva decentius aetas.

qualis materia talis Comædia.

CAPVT V.

De Curatione.

CVM autem verissimum sit quod
vulgò dicitur Turpius eicitur,
quàm non admittitur hospes: quilibet
sibi optimè consolet, si ne stolido
amore corripatur, præcauerit, quod
fiet causas amorem procreantes via
tando; vitare etenim peccata est vi
tare occasiones peccandi, hæ quia fu
rem faciunt. Præcipuum verò malum
est otium, quod manibus pedibusq̄ e
vitandum, dum apprimè amor acces
sum

G 5

sum

sum habet otiosos. Hinc apud sequitur
xus, postea ebrietas causa instiga-
trix ad amorem nobilissima, in primis
tamen suziat crebras cum puellis con-
versationes & confabulationes, quæ
omnia sunt stipulæ accommodissimæ,
quibus amoris ignis incenditur ut tes-
tantur vulgares versus.

Visus, colloquium, risus, iocus, oscula, nutus,
Sunt nostri comites, hæc fuge tutus eris.

Hinc Ovidius amatorem maxi-
mopere ab otio dehortatur, longumq;
rerum Catalogum gerendarum præ-
scribit. Huc referendum quoq; arbi-
tramur Dialogum Luciani inter Ve-
nerem & Cupidinem, in quo Venus
mater filium Cupidinem interrogat,
cur omnes Deos, Iovem Apollinem,
Neptunam, Martem, Iunonem, &
se quoque expugnet: Solum vero à
Minerva, Musis & Diana absti-
neat,

neat, qui respondet has semper laboribus esse intentas.

Vel tu venandi studium cole sæpè recessit Ovid: de
Turpiter à Phœbi victa forore Venus. rem:

Quo figmento procul dubio nihil aliud significatur, quam necesse esse, ut is qui amore tutus esse velit, aliquot horum trium vitæ generum eligat, nempe ut vel rem forensam vel rempublicam gubernet, vel literis operam det, vel alijs vitæ privatae actionibus se exerceat.

Demum de crebra cum puellis conversatione hos habeto versus.

Ah iuvenis non est prudentis nolle calere
Et tamen ad calidum sæpe venire focū.
Si quis amas nec vis, facias, contagia vites,
Hæc etenim pecori sæpè nocere solent.

Paris enim & Helena dum soli sæpius familiariter colloquuntur, & simul convivantur, incalescunt mutuo: Natura sicquidem sexum movet naturaliter erga sexum.

Nit

Nil eten. svasere boni & moderabile quicquã
Otia, vina, iocus, nox, amor, umbra, locus.

*Quod si amor mentem furtim in-
vaserit, danda est opera ut mox in
principio eijciatur.*

lib. 1. de
remed:
Ovid,
Vtile propositum est sãvas extinguerẽ flãmas
Nec servum vitijs pectus habere suum.
Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo
Quæq; venit multas accipit amnis aquas.

2. de arte.
Dum novus in viridi coalescit cortice ramus.
Concutiat tenerum quælibet aura, cadet.
Mox etiam ventis spatio durata resistit,
Firmaq; adoptivas arbor habebit opes.

1. de reme:
Dum licet & modici tangunt præcordia
motus :

Si piget in primo limine siste pedem.
Opprime dum nova sunt subiti mala se-
mina morbi,

Et tuus incipiens ire resistat equus.
Nam mora dat vires : teneras mora perco-
quit uvas

Et validas segetes quæ fuit herba facit
Quæ præbet latas arbor spaciãtib. umbras,
Quo posita est primum tempore virga fuit.
Tunc poterat manib. summa tellure revelli :

Nunc stat in immensis viribus aucta suis.
Principijs obsta serò medicina paratur,
Cum mala per longas convaluere moras.

Sed

Sed propera nec te venturas differ in horas,

Qui non est hodiè eras minus aptus erit.

*Vulgus amatoribus si fieri liberi
curari ve cupiant labores iniungit, &
certè qui hoc facit, cribro ventum caa-
pit, umbramq; amplectitur: Verùm
in præcautione, & post curatum iam
amorem præceptum illud valet.*

*Amoris enim si quis in medijs de-
litijs vivit, laboribus planè obliuiscia-
tur, nemo certè plura simul eaq; rectè,
solidè atq; uti decebat peragere poterit.*

*Amans namq; satis antea quod agat,
habet, nec novis laboribus vacare po-
test, lib. 1. amo:*

Ergo desidiam quicumq; vocabit amorem,

Definat: ingenij est experientis amor.

Qui non vult fieri desidiosus, amat.

Rure erit, & dicet venias (amor odit inertes) Lib. 2. de

Si rota defuerit tu pede carpe viam.

est

Militiæ species amor est: discedite segnes

Non sunt hæc timidis signa tuenda viris:

Nox & hyems longæq; viæ sæviq; dolores,

Mollibus his castris & dolor omnis adest.

Sæpè

Sæpè feres imbrem cælesti nubè solutum :

Frigidus in nuda sæpè iacebis humo

*Valet præceptio laborum, nempe
in principio amoris vel post curatum
iam amorem, verum cum medullivo-
rus amor, amantis cor occupatum te-
net frustanea est hæc curatio.*

Téporib. medicina valet, data tépore profunt,

Et data non apto tempore vina nocent.

Quin etiam accendas vitia, irritesq; vetando:

Temporibus si non aggrediére suis.

Lib. 4. de Temporis officium solatia dicere certi est

Ponto.

Dum dolor in cursu est, dū petit æger opè

At cum longa dies sedavit vulnera mentis,

Intempestivè qui movet illa novat.

*Quapropter qui amatori præscribit
labores ad mortuum verba facit. Pu-
blius Mimus inquit, Amor extorqueri
non potest, elabi potest, i. e. Amor nulla
vi, sive verborum increpationibus exo-
pelli potest minimè. Verum paulatim e-
labi potest. Extremæ igitur dementiæ
rem aggrediuntur, qui vitam amantis
castigare audent, nec illud faciunt ido-
neo in*

neco in loco, nec commodo tempore, sapientis, me hercule & rectius quoque, corrector faceret, si comodi monendi tempus eligeret, nequamantem prius insanientem ad maiorem insaniam instigaret.

Solitudinem demum fugiendam esse, suadeo sedulo & fraternè admono. Multi certè hoc malo facilimè liberari possent, si amicorum ea de re audirent consilia. lib. 2. de reme.

Quisquis amat loca sola nocet, loca sola caveto

Quo fugis? in populo tutior esse potes.

Nam tibi secretos augent secreta furores:

Est opus, auxilio turba futura tibi est.

Tristis eris si solus eris, dominaque relictae

Ante oculos facies stabit, ut ipsa, tuos.

Tristior idcirco nox est, quàm tempora Phoebi.

Quaque, levet luctus turba sodalis abest.

Nec fuge colloquium: nec sit tua ianua clausa:

Nec tenebris vultus flebilis abde tuos.

Semper habe Pyladè aliquè qui curet Oresten,

Hic quoque, amicitiae non levis usus erit

Quare si suis rebus optimè consultum

Velint, cum aliquo fideli amicitiam contrahant,

ut ipsi tam leta quam tristia,

afflicto non est danda afflictio, sed potius exhilarandus suavi ori consolatione!

Ovid: de reme:

tam æqua quam iniqua, quæ in amore pati cogantur, concedant. Hinc experientia, testatur, amatorem, hunc suum amicum, maiori ferè amore & benevolentia, quàm suam Amasiã complecti, quia amicus iste animi angores, quos amor secum fert, adimit, levat, illa amatori suo, præterquã quas antea patitur, molestias addit, mentisq; sollicitudines auget.

Ad diatam quoq; sciant amatores pertinere, nempe ut fugiant & planè ex oculis removeant lectionem Poëtarum præsertim amatoria tractantium, neq; ipsos velim canere cantiones amatorias, quibus revoatur amor.

2. de rem. Enervant animos Cytharæ, cantusq; lyræq;,
Et vox, & numeris bracchia mota suis.

Illic assiduè ficti cantantur amantes.

Quid caveas actor, quid iuvenet, arte docet.
Eloquar invitus: teneros ne tange poëtas:

Summoveo dotes impius ipse meas.

Callimachū fugito, non est inimicus amoris;

Et cum Callimacho tu quoq; coe noces.

Me

Me certè Sappho meliorem fecit amicæ
Nec rigidos mores. Tota Musa dedit.
Carmina quis potuit tuto legisse Tubilli?
Vel tua, cuius opus Cynthia sola fuit?
Quis potuit lecto durus discedere Gallo?
Et mea nescio quid carmina tale sonant.

*Hæc amanti diætæ loco sint, iam
de anodynis & phar macis dicendum
restat. Et primo quidē amans in gene-
re diligenter id quod amat consideret:
Vbi enim cognoverit se hætenus fal-
sam pulchri speciē pro vera appeti visi-
se, facilè amore hoc falso liberabitur.* Lib. I. d.
Quale sit id quod amas celeri circumspice reme.

Et tua læsuro subtrahe colla iugo. (mente:
Sæpè refer tecum, sceleratæ facta puellæ:

Et pone ante oculos omnia damna tuos.
Illud & illud habet: nec ea contenta rapina

Sub titulum nostros misit avara lares (est.
Sic mihi iuravit: sic me iurata sefellit:

Ante suas, quoties passa iacere fores.

Diligit ipsa alios: à me fastidit amari (bet
Institor heu noctes, quas mihi non der, ha-

Hæc tibi per totos marcescunt omnia sensus
Hæc refer: hinc odij semina quære tui.

Præsertim si pu. llam fraudulen.

H tam

tam quispiã deprehenderit, tunc certo
sibi persuadeat, se amore falso ab ea
torqueri, diuexari, inani desiderio la-
tari & falsa spe produci. Quare dum
tempus & occasio datur, atq; tua libi-
do contumelijs occlusa est, fac illi omnẽ
amicitiã recuses, proutquam vicissim
lenocinijs verborum, lacrimis, dolis
confictis animum tuum egrotum ad
misericordiam reducat.

Turpia quid referam vanæ mendacia linguæ?

Et periuratos in mea damna Deos?

Quid iuvenum tacitos inter convivã nutus?

Verbaq; compositis dissimulata notis?

Dicta erat ægra mihi; præceps amensq; cucurri

Veni: & rivali non erat ægra meo.

His & quæ taceo duravi sæpe ferendo

Quære alium pro me qui velit ista pati.

Desine blanditias & verba potentia quondã

Perdere: non ego sum stultus ut ante fui.

Et licet eodem hoc in libro cum

Ovidio proculdubio exclamaveris.

Luçantur, pectusq; leve in contraria ducunt;

Hac amor, hac odiũ: sed puto vincet amor.

Odero si potero si non, invitus amabo;

Nec iuga taurus amat: quæ tamẽ odit, habet

Facto

Facta merent odium: facies exorat amorem

Me miserum vitijs plus valet illa suis.

Nihilominus da obnixè operam, ut
vincas, alioquin existimatio in mu-
tuum adducetur discrimen, turpiq; lan-
bi fama tua involvetur & tecum si-
mul puta illud: Helena Paridi.

Non ita contemno volucris præconia famæ
Ut probris terras impleat illa meas.

In primis vero amator radicatus ex
animo evellat falsam suspicionem, quæ
plerosq; amantes decipere solet, quasi
nō alibi similes illius, quam amat, den-
tur puella, vel secundam formam, vel
mores, vel etiam probitatem, sed illud
potius in ore & animo habeat: Larga
puellarum crescit ubiq; seges.

Habet præterea medicamentū, quō
curare vult amorem, Crates Thebanq;
sed cui vis hominis tēperamento minus
idoneū, inquit. n.: Amorem sedat fames:
Sin min⁹, tēpus, eis vero si uti nō valet,
laque⁹. Postmodū ad amorem curandū,

pertinet & subsequens adhortatio, ne
videlicet amans post aliquomodo cura-
tū amorem vicissim admittat & au-
diat famulos novigerulos, pedissequas salutigerulas,
nova mendacia & magnas nugas apportantes.

Nec veniat servus: nec flens ancillula fictum,
Suppliciter Dominæ nomine dicat, Ave.
Nec si scire voles quid agat, tamē ipse rogabis
Perfer erit lucro lingua retenta tuo.

Artificiosè .n. imò fundamentaliter
hoc hominū genus Smaruzandi et adu-
landi artem exercere novit, utpote ad-
iutrix ut Dn. Petrus nanciscatur cor-
bē & orbē adulatrix, in ventrix omnium
nequitiarū consolatrix calumniatrix,
cōpotrix Schwester salus, cōciliatrix,
lotrix, corruptrix adolescentulorum,
cōsiliatrix in amore dubio & vacillāte
Disputatrix ex l. foramē s̄ sub vesti-
bus ff. de ventre inspiciendo. Famige-
ratrix, fautrix juvenū crumenā pecu-
nia plenam habentium, obstetrix, nu-
trix & motrix cunarū penes fornacē
constit.

constituunt collegium, si his numeratis
salutigeratrix, cantrix, sartrix adiun-
gantur.

Insuper & illi, qui insano amore se-
pè tenentur earum, cum quibus nulla
(obstante fortuna) unquã vera potest
fieri coniunctio impossibilitatem secũ
reputent, qui enim amat eam, cui ipse
odio est, duplicem committere ipsum
stultitiã arbitror, dum inanem ipse la-
borẽ suscipit, & sibi ipsi molestiã offert,
quã Helena Par: rectè respondet.

Ferrea, crede mihi, nõ sum, sed amare recuso
illum, quem fieri vix puto posse meum.

Deniq; & aliorum exempla, qui
eandem amandi occasionem haberent,
& tamen sibi temperant, amantes re-
spiciant, existimando se homines esse,
nihilq; humani à se alienũ putent. Ideò
firmiter credãt, quod alijs possibile est,
sibi non omnino impossibile fore, modo
conentur: omnia enim conando doci-
lis solertia vincit. Hinc Hele: Paridi.

Disce meo exemplo formosis posse carere :
Est virtus placidis abstinuisse bonis (ptas?
Quam multos credis juvenes optare quod o-
Qui sapiunt, oculos non Paris unus habes.
Nō tu pluscernis, sed plus temerarius audes:
Non tibi plus cordis, sed minus oris inest.
*Optimum vero & præsentissimum
est remedium & multò antea datis ab
amica secedere, aëremq; mutare.*

Lib. 2. de Si quis amas nec vis: facias contagia vites:
reme: Hæc etiam pecori sæpè nocere solent.

Dum spectant læsos oculi læduntur & ipsi:
Multaq; corporibus transiione nocent.
Manet amor tectus, si nō ab amante recedis:
Turbaq; in hoc omnes ingeniosa sumus.
Tu tantū quamvis firmis retinebere vinculis,
I procul & longas carpere perge vias. (sint
Nec quot trāsieris, sed quot tibi quære super-
Millia: nec manes, nec prope finge moras.

Lib. 1. de Tépora nec numeras: nec crebro respice Romã
reme. Sed fuge: tutq; adhuc Parthq; ab hoste fuga est

Sed quantò ming irevoles, magis ire memeto:
Perfer & invitos currere coege pedes. (mut
Dura aliquis præcepta vocet mea: dura fate-
Esse: sed ut valeas multa dolenda feres.
Ut corpus redimas ferrum patiaris & ignes
Arida nec siciens ora lavabis aqua.
Ut valeas animo, quicquã tolerare negabis?
At præciū pars hæc corpore maius habet.

Nemo

Nemo quoq; credat vetulis vel alijs
Lycophantis, qui dicunt se iam conce-
ptum amorem veneficijs posse pellere,
quos author refutat.

Fallitur Amonia si quis mala pabula ter ræ

Et magicas artes posse iuvare putat.

Ista veneficijs vetus est via: noster Apollo

Innocuam sacro carmine monstrat opem.

Omnia fecisti, ne te ferus ureret ignis:

Longus at invito pectore sedit amor.

Sed quædam nunc in specie adiun-
gemus, qui solam propter formam a-
mant, secum reputent, quam sit forma
bonum fragile & caducum. Imò sub
pulchra forma animus vitiosus sæpè
tectus latet: formosis le vitas semper
amica fuit, de arte am: (ad annos:

Forma bonum fragile est quantumq; accedit

Fit minor & spacio carpitur illa suo

Nec solam faciẽ mores quoq; confer & arte:

Tantum iudicio nec tuus obstat amor.

Sit facie quamvis insignis, adultera certè est:

Deseruit socios hospite capta suos.

Helenã adultiori ætate, conspectis
in speculo rugis faciei, exclamasse di-
citur.

H 4

Quo

Lib. 1. de
rem:

Quo nunc, quæ quondam placuit, præstantia formæ
Millibus? heu cecidit, ceu rosa forma perit.

Dn. illi qui putant, se amari, nec ta-
men amantur, quotidie fœminarū in
constantiam secum perpendant, & ab
aliorū casu discant, quod vitent. Cuius
actionis nuper vidi historiā, persuase-
rat sibi sanè firmiter bonus Clericus,
se redamari à coqua quadam. Intrat
igitur hilari vultu culinā iocandi gra-
tia; nescio autem quibus verbis dive-
xata coqua ioculariam audaciā per-
ferre non poterat, arrepto igitur ma-
dido linteo clementissimo Dn. impegit
egregiā, præpinguem & quidē Stras-
burgensem alapam: En resp: clemen-
tissime Domine quantum sufficit pro
febri amatoria & abi domum.

Lib. 2, de
veme:

Desinimus tarde quia nos speramus amari
Cum sibi quisq; placet, credula turba sumus:
At tu nec voces (quid enim fallacius illis?)
Crede nec æternos pondus habere Deos.
Neve puellarum lacrymis moveare caveo:
V; flerent oculos erudicere suos.

Verba

Verba puellarum folijs leviora caducis:

Irritaq; ut visum est, ventus & aura ferunt.

La femina e cosa mobil per natura

Lib. 2.

amor.

Et certè si amatorem non curabunt
hæc verba sequentia Ciceronis, non fa-
cilè ipsum pharmacum curabit, licet
admodū fuerit præstans. Inquit enim
2. Tuscula: Turpe est, nec viro vide-
tur dignū gemere eiulare, lamentari,
frangi, dolore debilitari: Quare a-
mantes, qui odio sunt suis amasiis &
secundum Dominae nutum vivere co-
guntur, iubeo, ut tandem secum medi-
tentur, quantū à virilitate recedant,
quantamq; sexui virili contumeliā in-
urant, dum ita feminae alicui incon-
stantissimæ, quæq; præ nimia superbia
fermè disfluit, se subijciunt, atq; ea per-
ferunt, quæ non serpus abiectissimus
tibi Domino, aut triobolaris nebulo pa-
teretur. Tecum quæso cogita, quā in-
decorum, quam totum insanum sit, a-
mare pallefcere, componere se ad nutū

H S

Domine,

Dominae, macerari, lacrymare, blandi-
diri, adulari, ac turpiter supplicē esse
puellae fallacissimae, occinere ad fores
de nocte, pendere de nutu & arbitrio
Dominae, pati superbae amasiae regnū,
ex postulare, irasci, rursus redire in
gratiam, & ultro se deridendum, pul-
sandum nocte dieq; torquendum, fama,
ingenio deprædandum, divitijs spolian-
dum, viribus corporis exuendum of-
ferre: quemadmodum svadet Ovid. 2.
lib. de arte: Sed qui obsecundantur
præceptis Ovidij hac in parte, non in-
dico ipsos sanæ mentis & fortis in-
genij homines.

Cede repugnantī cedendo victor abibis:

Fac modo quas partes, illa iubebit, agas.

Argute, arguito: quicquid probat illa, probato.

Quid dicet, dicas: quod neget illa, neges.

Riseris, arride: si flerit, flere memento:

imponat leges vultibus illa tuis.

Seu ludet numerosq; manu iactabit eburnos

Tu male iactato: tu bene iacta dato.

Nec dubita tereti scamnum producere lecto:

Et tenero soleam deme vel adde pedi.

Sape.

Sape etiam Domina quamvis horrebis & ipso
Argentæ manus est calfacienda sinu.
Clauſa tibi fuerit promiſſaꝫ ianua nocte
Perfer & immunda ponito corpus humo.
Poliſibus & duræ precibus blandire puellæ
Et capiti demptas limine pone roſas.
Cum volet accedas: cum te vitabit abibis:
Dederet ingenuus tædia ferre ſui.
Nec maledicta puta, nec verbera ferre puellæ
Turpe; nec ad teneros oscula ferre pedes.

Nec ſibi quiſpiã perſuadeat ſe poſſe
eiſmodi nugis demereri amorẽ alicuius
virginis: he namq̃, vbi eiſmodi
ſervilem amatoris animum conſpici-
unt, ſuperbiunt magis, quia omnes,
ut Terentius inquit, puellæ eodem
in ludo mihi edoctræ videntur ad ne-
quitiam: Animal ſuperbum à natu-
ra mulier.

Le donne quanto piu veggiono al-
tri morire e ſtruggerſi per loro tanto
piu ſ' inſuperbis cano.

Illi verò qui propter libidines amant,
non hic curationem expectent: ſed ad
dictum

dictum Spiritus sancti illos remitti-
mus, quod ipsis regnum Dei denegat.
Si praeterea quaedam sunt falsi amoris
species, non opus est, eis peculiare praes-
scribere remedium. Si enim superiora
intuebuntur, suumque amorem cum vero
conferent, facile evadent. Illud etiam
ingenuos amatores facere decet, ut dum
amori valedicere in animo habeant, id
cum bona gratia faciant, nec absque in-
commodo se evadere posse putent, si ri-
xis cum amasia exitatis discedant, hoc
enim si fecerint, probe sciant sinistros
de se rumores multos contumeliasque
sparsum iri; quae omnia, si cum pace di-
scesserint & cetera & pedetentim se amo-
ri subtraxerint, effugere poterunt.

Lib. 2. de Tutius est apiumque, magis discedere pace :
seme.

Quam petere à thalamis litigiosa fora.

Munera quae dederas, habeat sine lite iubeto :

Esse, solent magno damna minora bono.

Terent: pecuniam in loco negligere
maximum interdum est lucrum. Ultio

num

unum est ut eos, qui nostris admonitionibus adiuti, ex praescriptis remedijs convaluerunt, adhortamur, ut cauti sint, ne rursus recidam patiantur, hocve morbo medullivoro iterum opprimantur. Hos itaque omnia ea quae veterem amorem revocare possent, vitare et ex oculis removeere iubeo. 2. de rem:

Admonitu revocatur amor: vulnusque novatum
Scinditur: & firmis causa pusilla nocet.

Ut pene extinctum cinerem si solvere ranguas,
Vivit, & ex minimo maximus ignis erit:

Sic nisi vitaris quicquid revocabit amorem,
Flamma retardescet quae modo nulla fuit.

Quapropter amantium dona si quae sunt, utpote imagines, coronae, literae, annuli strophiola, & id genus alia ex oculis removeere suademus.

Scripta cave relegas blanda servata puella,

Constantes animos scripta relicta movent.

Omnia pone feros (quamvis invitus) ad ignes

Et dic ardoris sit rogas iste mei.

Si potes, & ceras remove: quid imagine muta

Carperis? hoc perijt Laodomia modo.

Quibus haec omnia non sufficiunt

illis

2. de rem:

illis illud medicorum occinendum.
Quos diæta non curat, illos pharma-
cum, quos nec hoc, illos ignis & fer-
rum, uti quoq; censuit Crates The-
banus dum inquit: Amorem sedat fa-
mes, sin minus tempus, eis vero si uti
non vales, laqueus. Hinc videmus,
sæpè amoris incendio multorum ani-
mos & corpora extinguere, omnesq;
fortunas quoq; conflagrari.

Mantua
Eclog. 3.

Ite procul medicæ, non sum sanabilis, artes,
Ite procul vanis precibus qui fl. Ætere vivos
Creditis, aduersum est & inexorabile cælum,
Me rapit impatiens furor & iuvat ire per alios
Solivagum montes per lustra ignota ferarum.

Canace
Epist. 31

Scimus: & utemur violento fortiter ense
Pectoribus condam dona paterna meis.

Lib: 14. Metæ: fab. 16. de Iphe:

iuvene.

Hæc tibi ferta placent crudelis & impia dixit
Inferuntq; caput, sed tum quoq; versus ad illam est
Atq; onus infelix elisa fauce pependit.

Dido 4. Ænei. suum amorem his
verbis finit.

Quin

Quin morere ut merita es, ferroq; averte dolorem
Sed moriamur ait: Sic sic iuvat ire sub umbras.

Postremo omnes amatores iure le-
gere decet hoc subsequens triste car-
men atque inde emendare ipsorum vi-
tam & amores inanes. Anger.

Si niter auratus mea candida virgo capillis,

Et pulchro æquoreas vincit honore Deas:

Effugere leves cur demens eogor amores?

Ferreg; ut iratus tam mala verba puer?

Cur turbor toties? & inania murmura iactas?

Cur toties illuc irrequietus es?

Heu heu quid feci? quo verior? numina celo

Aut nulla, aut certe non mala nostra vident.

Non potui tunc esse silex aut æquoris unda

Sive cinis ferrem non ego tanta miser.

Hoc potius promo insanas ex pectore voces:

Nil prosunt voces, & tamen usq; loquor.

Heu quid agam melius? tantum hæc dicta procellis

Et si quid barbæ illino, flammavoret.

Præterit, quæ danda fuit virtutibus, ætas

Quicquid aëro videt oventus & unda rapit.

Ista loquor nollem, niger obtegat omnia pulvis

Obtegar an vivam? vivere pœna mihi.

Non est viventi nisi terti funeris umbra,

Si quidquam ingrati vitæ laboris habet.


Vivite


Vivite vos alij quibus omnia iugiter offert
Letus amor, gladium tu mea sume manus.
Nec trepida: rapidus cum spiritus ibit ad auras
Clamabit mortis caelia causa fuit.


Si quid novistis melius his rectius
Vé, impertiri; Sin minus, his
nobiscum uti vos
licebit.


F I N I S.












65188

~~65188~~

52 $\frac{4}{15}$


(x2009784)





Farbkarte #13

B.I.G.



ECVLVM ATORIVM

ORIFERI AMORIS RO-
tibus lectu iucundum, gratum
ditu, sentuq; necessarium.

AVTOR
ANDVS DI CLARA

ersi ingenij est, impræme-
ditatè indicare



Murgi excudebat Iohan: Bötcher.
NO M. D. C. I.